ELABORATIOR GRAMMATICA HVNGARICA.

AD GENVINAM
PATRII SERMONIS INDOLEM
FIDELITER EXACTA,
AFFINIVMQVE LINGVARVM
ADMINICVLIS
LOCVPLETIVS ILLVSTRATA.

TRIBVS VOLVMINIBVS
COMPREHENSA.

STVDIO, ET OPERA
IOANNIS NICOLAI RÉVAI,
PRESBYTERI SEC. DIOEC. IAVRINENS.
LINGVAE, AC LITERATVRAE HVNGARICAE
PROFESSORIS PVBL. ORD.
IN REGIA SCIENTIARVM VNIVERSITATE
PESTINENSI.

VOLVMEN SECVNDVM.

PESTINI,
TYPIS MATHIAE TRATTNER.
M. DCCC. VI.

Numerus *coniugationum* — esset amplificandus ad analogiam, — in *affixorum* quoque rationem altius penetrandum. — Hos, aliosque *defectus*, non sane *Linguae*, sed *Grammaticae*, vt inspiciendos praebent hae *Institutiones*, ita iisdem leuandis, sarciendisue, viam naturalem, ac simplicem, aperire conantur.

Alb. Schultens Praef. in Instit. ad Fund. Ling. Hebr.

EXCELLENTISSIMO. ET. ILLVSTRISSIMO
DOMINO
STEPHANO. MARCZIBÁNYI
DE PVCHOV.
AVGVSTO. CAESARI. ET. REGI. APOSTOLICO
A. CONSILIIS. INTIMIS
EQVITI. AVRATO
VIRO. AMPLISSIMO
GENERIS. NOBILITATE. VIRTVTE
ET. ANTIQVA. CVMPRIMIS. PROBITATE
RELIGIONISQVE. STVDIO
ET INSIGNI. IN. PATRIAM. CHARITATE
LONGE. SPECTATISSIMO
REM. COMMVNEM. BENE. MERENDO. ET. BENE.
FACIENDO
LARGITER. AMPLIFICANTI
BVDAE
APVD. MONIALES. SANCTAE. ELISABETHAE
AD. CVRANDOS. AEGROTANTIVM LECTOS. XII
AD. DOTANDAS. IN. HOC. INSTITVTO
TRES. INSVPER. VINGINES. NATIONE. HVNGARAS
QVAE. PRECES. MEDITATIONES. ET. PSALMOS
IN. CHORO
LINGVA. PATRIA. ABSOLVERENT
PERENNI. CENSV. PIE. CONSTITVTO
ET. NOVA. AEDIFICII. ALA
IPSIVS. QVAM. MAXIME. SVMTIBVS. EXSTRVCTA
VTQVE. HIC. SACRA. RITE. FIERENT
RELIGIOSIS. SANCTI. FRANCISCI. IN. VIA. REGIA
DESTINATA. PENSIONE. PERPETVA
THERMIS. CAESAREIS
XXXII. MILLIBVS. FLORENORVM. REDEMTIS
ET. MVLTA. OPPORTVNITATE. AVCTIS
AD. FOVENDOS. AEGROTOS
MISERICORDIAE. FRATRIBVS. VLTRO. DONATIS
ET. AD. HOS. DECENTER. SVSTENTANDOS
XL. MILLIBVS. FLORENORVM
PRO. SORTE. FIXA. LIBERALITER. ATTRIBVTIS
PAVPERVM. MORBO. AFFLICTORVM
SOSPITATORI. AETERNVM. MEMORABILI

ERIGENDAE. ACADEMIAE. MILITARI
IN. COMITIIS. EXPETITAE
AD. PRIORES. ILLVSTRIVM. VIRORVM.
OBLATIONES
L. MILLIBVS. FLORENORVM SPONTE. ADIECTIS

ET. SI. OCIVS. HOC. INSTITVTVM. PROCEDAT
ALIIS. ETIAM. AVXILIIS. SPLENDIDE. PROMISSIS

DE. CONSERVANDA. SALVTE. PVBLICA
ET. DE. NOSTRORVM. VIRTVTE. PER. SE. MARTIA
BELLICIS. ARTIBVS. TANTO. FELICIVS.
IMBVENDA
CIVI. EGREGIE. PROVIDO. ET. MVNIFICO

COLLECTIS. VNDIQVE. INGENTI. SVMTV
CIMELIIS. RARISSIMIS
IN. ADSERVANDA. ANTIQVITATE
PEREGRINA. ET. PATRIA
AD. AVGENDAM. GENTIS. HVNGARICAE.
DIGNITATEM
PRAECLARE. CVRIOSO

TEMPLIS. ETIAM. IN. BONIS. SVIS
ALIIS. RECONCINNATIS. ALIIS. EXAEDIFICATIS
AD. EXEMPLVM. PIO. ET. RELIGIOSO

SCHOLAE. HVNGARICAE. BVDAE. INTRODVCTAE
MAGISTRO. PROPRIO
DECRETA. PENSIONE. ANNVA
ET. PROMOTA. AEDIFICII. STRVCTVRA
COMPLVRIBVS. PRAETEREA. VIRIS. ERVDITIS
AD. EDENDAS. LVCVBRATIONES. VARIAS
PRAESENTE. SVBSIDIO. BENIGNE. SVPPEDITATO
VTRAQVE. HAC. MVNIFICENTIA
LINGVAE. AC. LITERATVRAE. PATRIAE
FAVTORI. AMICISSIMO

IOANNES. NICOLAVS. RÉVAI
ELABORATIORIS. GRAMMATICAE. HVNGARICAE
SECVNDVM. HOC. VOLVMEN
OB. IMPENSAM. LIBERALEM
AD. MATVRANDAM. OPERIS. EDITIONEM
PROMTE. FACTAM
VENERATIONIS. GRATIQVE. ANIMI. CAVSSA
ET. AD. SEMPITERNAM. NOMINIS. MEMORIAM
L. M. Q. D. D. D.

ETYMOLOGIAE
PARS PRIMA
DE VOCVM INFLEXIONE.

SECTIO TERTIA
DE
INFLEXIONE VERBORVM.

NOTIONES PRAEVIAE.

§. I. DE VERBORVM GENERIBVS.

A. DEFINITIO VERBI.

Verbum est vox habitudinem substantiae significans. Estque natura ita comparatum: vt, inuoluta praedicati notione, cum substantiuo, tanquam cum subiecto iunctum, sententiam absoluat, seu iudicium exprimat: ex. gr. *homo cogitat*, *equus currit*, *piscis natat.*

B. PRIMA VERBORVM GENERA.

Habitudo substantiae, ipsa in se spectata, proinde et verbum, seu vox habitudinem significans, varia est.

Nam habitudo ista 1) vel *purum* dumtaxat *statum* indicat, ad solum substantiuum, cui iungitur, restrictum: ex. gr. *spica flauescit*, *fornax calefit*, 2) vel *statum* denotat *agentem*, actione substantiui, cui ea per adiunctum verbum attribuitur, in aliud obiectum transeunte: ex. gr. *magister*

discipulum instituit, *equus currum trahit*, 3) vel *statum* quidem *agentem* ostendit, sed qui pro *statu* tantum *puro* habetur; quod actio, in ipso substantiuo manens, in aliud obiectum non transeat: ex. gr. *riuus defluit*, *equus currit*.

Hac consideratione duo secernuntur verborum genera.

1. VERBA NEVTRA.

Verba, quae purum statum significant, vel agentem etiam, sed qui pro puro habetur, vocantur *neutra*, *immanentia*, *intransitiua*.

2. VERBA ACTIVA.

Ea vero verba, quae statum indicant reuera agentem, actione in aliud obiectum transeunte, verba dicuntur *actiua*, *transitiua*.

Status agens requirit semper et *subiectum actionis*, quod actionem ponit; et *obiectum actionis*, in quod transit actio, seu quod actionem recipit, ac patitur. In exemplis paulo ante adductis subiecta actionis sunt, *magister*, et *equus*; magister ponit *instituendi actionem*, equus *trahendi actionem*: obiecta vero actionis sunt, *discipulus*, et *currus*; discipulus recipit, ac patitur, transeuntem in se *instituendi actionem*, currus item *trahendi actionem*; seu *discipulus instituitur*, *currus trahitur*.

3. VERBA PASSIVA.

Statum illum, quem verbum actiuum indicat, clarum est, de vtroque, de subiecto scilicet, et de obiecto, enunciari posse: de illo *actionem ponen-*

te, de hoc vero *actionem patiente.* Quare vnumquodque verbum actiuum vt *passiuum* quoque spectari potest. Et verbum actiuum transit reuera in passiuum, actionis obiecto patiente in subiectum mutato; de quo iam et status, verbo expressus, ex agente aeque in patientem mutatus, praedicatur. Quo pacto et tertium enascitur verborum genus.

Passiua proinde verba ea sunt, quae, de actiuis formata, statum subiecti, cui iunguntur, patientem indicant, actione ab alio in id transeunte: ex. gr. *discipulus instituitur a magistro; currus trahitur ab equo.*

C. SECVNDANA VERBORVM GENERA.

Sunt praeterea verba, quae ad significationem primam, qua ea, vel neutra, vel actiua, vel passiua sunt, habent et aliam notionem secundariam, adiectam per formatiua significantia, compositione in lingua nostra peculiari, cum ipsis coalescentia. Haec secundana, seu inferiora, praebent verborum genera, admodum copiosa: quorum minutior distinctio, et natura infima, expositis formatiuorum significationibus genuinis, opportunius euoluitur loco suo, in deriuatione verborum (*Etym. Part. II. Sect. I.*). Hic illa indicantur tantum, notione minus determinata.

1. VERBA INCHOATIVA, MVTATIVA, ET CETERA.

Verba *inchoatiua*, *mutatiua*, *continuatiua*, *frequentatiua*, *diminutiua*, *minute frequentatiua*, compendii caussa vnica explico definitione. Haec

ea sunt, quae statui, seu habitudini verbo indicatae, adiunctam habent notionem inchoationis, mutationis, continuationis, frequentationis, diminutionis, et simul vtriusque, frequentationis diminutae; in lingua nostra, singula peculiari, quaedam etiam variante, formatione expressa.

2. VERBA REFLEXA.

Sunt praeterea verba multa, attentione maiore digna, quae, assumto peculiari formatiuo, indicantur aliquid agere, vel etiam pati, versus se ipsa, sui intuitu, et respectu ad se. Ea nos *reflexa* dicimus. Quidam *reciproca* dicunt: sed haec denominatio aptior est ad aliud verborum genus, quod mox sequetur. Verba reflexa triplicia sunt.

a. Reflexa actiua, quae actionem ad rem eandem, tanquam ad subiectum, simulque obiectum suum, referunt: ex. gr. *emelkedik a' göz*, vapor se se eleuat; *fényeskedik a' tsillag*, stella se se splendidam exhibet.

b. Reflexa passiua, quae notant passionem subiecti per se ipsum respectu ad se: ex. gr. *emelődik*, leuatur ipse per se; *fojtódik*, suffocatur ipse per se.

c. Reflexa neutra, quae monstrant actionem subiecti, in statu quasi puro, intra se sui intuitu; ex. gr. *gondolkodik*, cogitat intra se, apud se, meditatur.

3. VERBA RECIPROCA.

Verba *reciproca* ea sunt proprie, quae subiecti actionem cum alio mutuam indicant: ex. gr.

barátkozik, amicitiam contrahit; *vagdalkozik*, digladiatur.

Affinia sunt reflexis; quia pleraque et haec reddunt: ex. gr. *avatkozik*, se se immiscet; *imádkozik*, orat intra se; *vétkezik*, exuitur ipse per se.

4, VERBA FACTITIVA.

Frequentissima est in lingua nostra actionis relatio, non modo ad obiectum, sed etiam ad ipsum statum, verbo aliquo indicatum, eumque et neutrum, et actiuum, sed qui abit potissimum in passiuum: ex. gr. *valakit taníttat*, facit quemquam institui, vel, vt aliquis instituatur; *lovat futtat*, facit equum currere, vel, vt equus currat. Verba, singulari formatione sic expressa, vulgo *mandatiua*, nobis *factitiua*, dicuntur.

5. VERBA POTENTIALIA.

Status quisque, verbo indicatus, etiam augmentis increscens, habet in lingua nostra quam saepissime etiam potentiae notionem sibi adiunctam: ex. gr. *futhat*, potest currere; *taníthat*, potest instituere; *taníttathatik*, potest institui; *emelkedhetik*, potest se se eleuere; *lovat futtathat*, potest facere, vt equus currat. Verborum hoc genus, distinctum singulari formatione, qua est soli nostrae linguae proprium, *potentiale* dicimus.

§. II. DE VERBORVM ACCIDENTIIS.

Accidentiae Verborum quatuor sunt: *personae* scilicet, *numeri*, *tempora*, et *modi*.

A. PERSONAE.

Verbum quodque refertur ad subiectum quodpiam: cui per id status aliquis attribuitur, vel purus, vel agens, vel patiens. Hoc porro subiectum, aut est determinatum, aut indeterminatum quiddam.

1. Determinatum est vel ipsum hoc, quod loquitur; vel ad quod id loquitur; vel de quo loquitur, ab vtroque diuersum aliquid.

Potest haec determinatio exprimi per pronomina personalia: *ego*, *tu*, *ille*; *nos*, *vos*, *illi*. Et in nostra quidem lingua reuera per ea exprimitur, singulari certe formatione, nobis quam maxime cum orientalibus communi: qua proinde verborum *personae*, ipsis concretae, *tres* vltro sistuntur, *prima*, *secunda*, et *tertia*.

Verbum, quod subiectum habet persona determinatum, dicitur *finitum personale*: ex. gr. *irok*, scribo; *irsz*, scribis; *ir*, scribit; *irunk*, scribimus; *irtok*, scribitis; *irnak*, scribunt.

2. Subiectum porro dupliciter est indeterminatum.

a. Primum, quando nihil de eo cogitatur, quodnam in sermone subiectum intelligendum veniat; hocque casu verbum dicitur *impersonale*: ex. gr. *esik*, pluit; *kell*, oportet; *illik*, decet.

b. Deinde, quando omnis notio subiecti penitus resecatur; manetque verbum *infinitum*, ipse nempe *infinitiuus*, sine omni ad subiectum quodpiam relatione: ex. gr. *futni*, currere; *tanitani*, instituere.

B. NVMERI.

Personae verborum, pro linguae nostrae indole clare expressae, per affixa ipsis pronomina personalia, habent et *numerum* vna cum his allatum; qui subiectorum est, per pronomina personalia indicatorum, *singularis*, vel *pluralis*. Numerus singularis, quod vtique vltro iam intelligitur, subiectum vnum indicat; pluralis plura.

C. TEMPORA.

Tempora dicuntur formae, seu notae, quas lingua verbis fixe adiecit, ad indicanda diuersa tempora, quibus status, verbo indicatus, cuique subiecto nexus est.

1. TEMPORA ABSOLVTA.

Tempus, cuius notio cum verbi notione tam arcte iungitur, simpliciter sumtum, triplex est: *praeteritum*, *praesens*, *futurum*:

Tria haec tempora *absoluta* dicuntur, quando status, verbo expressus, in quocunque horum simpliciter ponitur; quin aduertamus animum ad continuationem, vel interruptionem, status eiusdem: ex. gr. *futott*, cucurrit; *fut*, currit; *futni fog*, curret.

2. TEMPORA RELATIVA.

Cum vero connexus sumitur status aliquis cum statu subsequente; hocque pacto prior per posteriorem tanquam interruptus ponitur: tempora, quae statum interruptum indicant, proinde et ipsa interrupta sunt, *relatiua* dicuntur; quod ea semper ad

statum alium, continuatione sermonis in nexu positum, referantur.

a. Tale est *imperfectum:* ex. gr. *a' mikor aluszom vala, hozzám jött;* cum dormiebam, venit ad me. Verbum *dormiebam* est tanquam praesens status; sed per consequens verbum *venit* interruptus.

b. Eiusmodi est *plusquam perfectum:* ex. gr. *a' mikor fel kelt volna, szóllani kezde;* cum assurrexisset, loqui coepit, Status *assurgendi*, et *locutionem incipiendi*, est vterque praeteritus: sed prior, propter sui relationem ad posteriorem, per hunc omnino posteriorem, iam interruptus, et finitus est.

c. Huiusmodi est et *futurum exactum:* ex. gr. *ha meg hallandom el jöttedet, hozzád megyek;* si audiero aduentum tuum, ad te ibo. Prioris verbi *audiero* status est futurus; sed qui per statum serius futurum verbi *ibo* interrumpetur, et finietur.

3. TEMPORVM NVMERVS PLENVS.

Sex ista tempora, vt in omni lingua alia, ita et in nostra vigent: tria absoluta, *praesens*, *praeteritum*, *futurum;* et totidem relatiua, *imperfectum*, *plusquam perfectum*, *futurum exactum*.

Hoc tantum in iis est discrimen, quod nostra relatiua non omnia habent formas, seu notas formatione concretas, non sunt scilicet *simplicia*, prout etiam de absolutis non omnia; sed adminiculo aliquo, ad simplicia adiecto, exprimuntur; quapropter *auxiliata* dici possunt: ex. gr. *írok vala*, scribebam; *írtam volna*, scripsissem.

D. MODI.

In verbis spectatur et *modus*, quo status, iis indicatns, exprimitur.

1. Simplex, et directa status expressio est modus indicatiuus: ex. gr. *írok*, scribo; *irtam*, scripsi.

2. Saepe vero status vnus ab alio dependens ponitur, non per se absolutus; et hic modus *coniunctiuus*, et *subiunctiuus*, dicitur: ex. gr. *kívánom*, *hogy el jöjön;* opto, vt veniat.

3. Imperatur etiam status, verbo expressus: ex. gr. *írj*, scribe; *fuss*, curre; quorum sensus iste est: volo, impero, exigo, vt scribas, vt curras. Peculiaris forma, haec fusiora in vnam voculam contrahendi, praebet modum *imperatiuum*.

4. Optatur denique status, verbo indicatus, expresso in eum desiderio, nisu, et contentione: ex. gr. *írna*, scriberet; *futna*, curreret; quae hoc sunt valore: optat, nititur, contendit scribere, currere. Forma propria, et haec prolixiora vno verbulo exprimendi, dat modum *optatiuum*.

Quatuor sunt itaque modi: *indicatiuus*, *imperatiuus*, *optatiuus*, et *coniunctiuus*.

Quia imperatiuus, et optatiuus, pauciora habent tempora, eaque cum coniunctiui temporibus congruentia: duos propterea hos modos, imperatiuum, et optatiuum, compendii caussa, coniunctiuo insertos exhibeo, cum clara tamen distinctione.

§. III. DE INFINITIVIS.

Infinitiui, sine omni ad subiectum quodpiam relatione, statum indicant infinitum, indeterminatum, vt iam supra dictum est.

A. INFINITIVI ABSOLVTI. INSTAR SVBSTANTIVORVM VERBALIVM.

Sunt vero infinitiui, et in nostra lingua, vt in aliis, instar substantiuorum verbalium, post verba praesertim finita: ex. gr. *vèteni*, *és meg esni emberi gyarlóság*, peccare, et cadere est fragilitas humana. Sed clarius hoc fit exemplo altero: *kívánok fzóllani*, opto loqui; idem hoc est, ac si diceretur: *kívánom a' fzóllást*, opto locutionem.

B. INFINITIVI CONSTRVCTI.

Sed in lingua nostra solent infinitiui, modo ad perspicuitatem, modo ad concinnitatem sermonis, etiam determinari assumtis affixis pronominibus personarum, ad quas referuntur; quo vsu vocantur infinitiui *constructi*, ad differentiam a *nudis*, et *absolutis*. Talis est vsus iste, ex. gr. *kivánok fzóllanom*, opto loqui-ego; deinde *adjad fzínedet látnom*, da, fac, me-videre vultum tuum.

Sed de his in syntaxi, loco suo, multo opportunius, et quam vberrime agetur (*Sect. IV. Cap. I.*).

§. IV. DE PARTICIPIIS.

Participia, a verbis deriuata, induunt et nominum naturam, adiectiuorumque instar verborum

significationes, veluti praedicata, subiectis, quibus iunguntur, adiiciunt.

Retinent vero et de verbis, praeter significationes, inuolutam etiam temporis notionem: suntque proinde et praesentis, et praeteriti, et futuri temporis.

Ab hac participatione, vtrinque facta, est vtique et ipsum nomen participii.

A. PARTICIPIA ADIECTIVORVM VALORE.

Participia itaque *adiectiuorum valore* probe sunt notanda: ex. gr. *szerető társ*, amans socius; *sokat latott ember*, homo, qui multum vidit; *mulandó hívságok*, perituraе vanitates.

B. PARTICIPIA ADVERBIALITER EXPRESSA.

Porro, vti de adiectiuis aduerbia formantur; ita, et participia, assumta adiectiuorum natura, recurrunt etiam *aduerbialiter expressa:* ex. gr. *futólag*, currente modo; *látván*, videndo; *fáradtan*, fatigato.

C. PARTICIPIA CONSTRVCTA.

Assumunt ad maiorem determinationem, vsu eleganti, praesertim antiquis valde vsitato, et affixa pronomina, dicunturque participia *constructa:* ex. gr. *látvám*, videns-ego; *látvád*, videns-tu; *látvája*, videns-ille.

D. PARTICIPIA SVBSTANTIVORVM VALORE.

Sumuntur demum etiam *substantiuorum valore*, praesertim praeterita multo frequentissime, affixis pronominibus aucta, perque casus inflexa, postpositionibus quoque affecta: ex. gr. *tedd meg kívántomat*, fac desiderium meum; *késön leszen holtom után*, sero erit post mortem meam.

Haec in syntaxi, distinctius, fusiusque docebuntur (*Sect. IV. Cap. II.*): quo loco ad euidentiam ostendentur in nostra quoque lingua elegantissima sermonis compendia; quibus vel ipsi Latini vix habent plura in suis participiis.

Supina, et gerundia nos nulla habemus. Haec, partim substantiuis verbalibus, partim infinitiuis, praesertim constructis, participiisque reddimus.

CAPVT I.

DE INFLEXIONE VERBORVM REGVLARIVM.

§. I. CONIVGATIONIS EXPLANATIO.

A. DEFINITIO CONIVGATIONIS.

Verborum inflexio per modos, tempora, et personas vtriusque numeri, *coniugatio* dicitur.

Regularis est coniugatio, quae fit secundum leges ex analogia, seu ex simili similium ratione, erutas, et linguae vsu firmatas. Ea vero, quae ab his deflectit, *irregularis*, et *anomala* vocatur.

B.

B. RATIO CONIVGATIONIS.

Fit autem verbi inflexio terminationum varia accessione ad verbum nudum, ipsam nempe radicem, tertiam singularem personam praesentis temporis, principium formationum omnium.

Terminationum accessio ad radicem dicitur *formatio*, et illa quidem vel modi, vel temporis, vel personae; vt nempe accedentes fuerint terminationes, vel modum, vel tempus, vel personam formantes.

Singulae terminationes formatiuae sunt aeque et in verbis, ac in nominibus, vt iam clare vidimus, voces omnino significantes, ex primigenia certe lingua.

Quia in ipsa formatione radicibus et istae a fine iunctim affiguntur, vt in vnam cum iis vocem coalescant: habent pariter cum reliquis commune nomen *affixorum*. Modorum tamen, ac temporum formatiua affixa distinguuntur *notarum characteristicarum* appellatione.

1. NOTAE CHARACTERISTICAE MODORVM.

Modorum notae characteristicae duae sunt: quarum altera imperatiuum format, altera optatiuum.

a. Imperatiui nota characteristica est consona *j*, de *ej*, *hej*, vocantis, et inclamantis interiectione. Post *t*, sibilantesque consonas, et ipsa in sibilum abit.

Sed, vt eius origo, ita et sibilus, vberius docebitur in ipsa imperatiui formatione exacta.

b. Optatiui notam characteristicam praebet syllaba *na*, vocali congruenter mutata *ne*: in lingua primigenia vox vera cum notione *desiderii*, *nisus*, et *contentionis*.

De hoc quoque, communi olim nobis vocabulo cum Fennis, et Esthonibus, plura, et enucliatiora habentur, in ipsa optatiui formatione exacta.

2. NOTAE CHARACTERISTICAE TEMPORVM.

Notae characteristicae ad formanda tempora tres numerantur: duae ad totidem tempora praeterita absoluta; vna ad futurum exactum.

a. Praeteritum primum format nota characteristica *a*, cum mutatione congrua *e*; olim *va*, cum spiritu obscuro, qui hodieque superest in quibusdam verbis anomalis; vel etiam cum spiritu exili *ja*; qui postea vterque euanuit, relicta sola vocali. Est ipsum verbum substantiuum, ex antiquissima aetate, adhuc cum praeteriti temporis notione illi coniuncta, *fuit*, *exstitit*: significatione proinde accommoda ad formandum tempus praeteritum.

Fuit hoc nostris originibus remotissimis commune cum Hebraeis, et Chaldaeis: vt Neumannus euoluit (*In Genesi Ling. Sacr. Vet. Test.*) verbi substantiui primum omnino semen: וַה (*va*), et יַה (*ja*); quod postea vtrumque increuit, הָוָה (*hâvâ*), et הָיָה (*hâjâ*), *fuit*, *exstitit*.

Sed de hoc enucliatiora dabit ipsa huius praeteriti formatio exacta; et cumprimis substantiui verbi nostri euolutio inter coniugationes anomalas.

b. Praeteriti secundi nota characteristica est asyllaba, sola consona *t*, absorpta vocali; in con-

cursu vero duriore, ea redeunte, *öt*, cum congrua mutatione *et*, *ot*; quo casu etiam consonantem geminat ad expressionem sonantiorem. Est ea linguae primigeniae vocula simplicissima, vocali post consonam expressa, *tö*, vel *te*: cuius significatio cumulatius exponitur, sed vnaquaeque ad formandum tempus perfecte praeteritum est sane quam aptissima: *finis*, *absolutio*, *perfectio*, *consumatio*, *completio*, *integritas*.

Easdem has significationes, modo expositas, vt postea opportunius euoluetur in ipsa huius praeteriti formatione exacta, retinuit hoc semen etiam augmentis serius acceptis, apud Hebraeos, Chaldaeos, et Arabes, Esthones quoque, ac Lappones.

c. Futurum exactum dat nota characteristica *und*, vocali congruenter mutata *end*: cuius notio est *instans*, *imminens*, *futurum*.

Vocabulum nostris originibus commune cum Hebraeis, Chaldaeis, et Syris, ex lingua certe primigenia: de qua id ipsum ad Teutones quoque propagatum esse non vane coniicio, significatione quidem iam aucta, sed in qua primaria tamen superest. Ahnd-ung est illis *praesagitio*; rei *imminentis*, rei *futurae* praesensio.

3. AFFIXA FORMATIVA PERSONARVM.

In explanatione pronominum iam satis ostendi: in lingua nostra, ipsa pronomina personalia adhiberi, vt in nominibus, particulisque; ad indicandas eorum relationes; ita etiam in verbis ad formandas eorum personas.

Quod fit more omnino orientali: qui non modo apud Hebraeos viget, Chaldaeosque, ac Syros, et Arabes; sed longius etiam pertingit ad gentes alias. Eun-

dem tenent et septentrionales linguae, nostrae affines: Fennica, Lapponica, Esthonica.

Patuerunt illic in hoc esse usu et hodierna pronomina nostra; sunt vero satis et antiqua indicata. Recurret vtrorumque vberior euolutio in ipsis etiam personarum formationibus exactis. Ea tamen compendio hic proponuntur, vni veluti obtutui obiecta, ad clariorem eorum explanationem; quae adhuc dicenda restant de formis coniugationum.

a. PERSONAE SINGVLARES.

1) PERSONAE PRIMAE DVAE.

a) Ém, ipsum *én*, ego, in vsu affixo sic mutatum; quod porro et vocalem mutat congruenter, corripitque, *em*, *öm*, *om*, *am*.

b) Ék, ego, tantum in vsu affixo; vocali congruenter mutata, et correpta, etiam *ek*, *ök*, *ok*, *ak*.

2) PERSONAE SECVNDAE TRES.

a) Ed, tu, et hoc in vsu tantum affixo; ipsum *te* inuersum, et sono pleniore expressum; vocali congruenter mutata etiam *öd*, *od*, *ad*.

b) Efz, tu, ex *et*, ipso *te* inuerso, tenuiore consona *t* in sibilum abeunte; in affixo dumtaxat vsu, idque, vocali absorpta, solum *fz*; quae tamen in concursu duriore statim resumitur, congruenter mutata, *efz*, *afz*.

c) Ál, tu, aeque in vsu tantummodo affixo: vocali congruenter mutata, et producta *él*, *ál*; etiam correpta *el*, *öl*, *ol*.

3) PERSONAE TERTIAE TRES.

a) É, jé, is, ille, ipsum *ő, jő;* in vsu affixo, vocali congruenter mutata, et correpta, *i, e, a, je, ja.*

b) Ön, is, ille, in vsu affixo, vocali congruenter mutata, etiam *en,* et *on.*

c) Ik, is, ille, in vsu tantummodo affixo: in imparatiuo, vocali mutata, et producta, *ék;* eodem sono medio coalescens etiam cum praeteriti primi, et optatiui, vocalibus postremis.

b. PERSONAE PLVRALES.

1) PERSONAE PRIMAE DVAE.

a) Ük, vocali congruenter mutata etiam *uk,* nos; plurale pronominis *ék,* ego: in praeterito primo, et optatiuo, coalescens cum horum vocalibus, sono medio, est *ők, ók.*

b) Ünk, vocali congruenter mutata *unk,* nos: ipsum plurale affixum *énk,* contractum de *emek,* vocali mutata:

2) PERSONA SECVNDA VNICA.

— *Tük,* hodie *tik,* vos; ipsum *etek,* in vsu affixo, prima vocali absorpta; quae tamen redit in concursu duriore; vocalibus congruenter mutatis, *tek, tők, tok, etek, atok.*

3) PERSONAE TERTIAE DVAE.

a) Ék, jék, ii, illi; ipsum *ők, jők,* plurale de *ő, jő,* in vsu tantum affixo; vocali congruenter mutata, et correpta, *ek, ak, jek, jak.*

b) Önök, plurale ab *ön*, ii, illi; in vsu dumtaxat affixo; et prima quidem vocali absorpta, secunda congruenter mutata, *nek*, *nak*; in duriore tamen concursu redit absorpta vocalis, et ipsa congruenter mutata, *enek*, *anak*.

4. SERIES FORMATIONVM.

Iis, quae ad formationem requiruntur, satis hactenus explanatis, iam ipsa series, quae in formando tenetur, exponenda sequitur.

a. Sumitur ante omnia nuda verbi radix, affixo, si quod habuit, resecto, ipsa nempe tertia singularis persona praesentis temporis: quae multimode terminatur, per totum fere alphabetum excurrens, estque semper, vt iam supra innui, principium formationum omnium.

Ea in omnibus pene verbis, per omnia tempora, paucis admodum exceptis, integra manet, certe apud eos: qui etymologiam potius, quam segnem vulgi pronunciationem sequuntur.

Huic porro radici, quae *prima* dicitur, adiiciuntur suo modo affixa pronomina vtriusque numeri; hocque pacto formantur eiusdem praesentis temporis personae omnes.

b. Resumitur deinde eadem prima radix semper nudata, ad formandum quodque tempus, et modum quemque, temporis, et modi notis characteristicis eidem successiue affixis.

Tempus quodque, et modus quisque, acceptis hoc pacto propriis notis characteristicis, est iam radix *proxima* ad formandas proprias, cuiusque

temporis, et cuiusque modi personas, adiectis eodem modo, vt in praesenti tempore, affixis pronominibus vtriusque numeri.

* Sed de pluribus eiusdem personae pronominibus quod sit ad quodque tempus, et modum quemque, adiiciendum; pendet a forma coniugationis, quam assumtum verbum, pro natura sua, vel construendi ratione, sequi debet. Formarum itaque numerum fixum, vna etiam diuersitatem, breuiter iam dabimus.

§. II. CONIVGATIONVM FORMAE FIXAE.

Tres sunt in lingua nostra inflectendorum verborum formae, affixorum pronominum, personas formantium, discriminibus probe inter se distinctae, et vsu antiquissimo, eoque vniuersali, firmatae, ac fixae: *duae indeterminatae*, et *vna determinata*.

Accipiunt hanc appellationem a verbis actiuis, quae per ipsas inflectuntur. Verba nimirum actiua habent obiecta, in quae agunt, modo indeterminata, seu absolute posita, non demonstrata; modo determinata, seu aperte demonstrata, et quasi indigitata. Ad haec discrimina in lingua nostra delicatius attenditur; horumque ratione statim et verba, licet eadem, inflexione tamen differunt: ex. gr. *könyvet olvasok*, librum lego, indeterminatum; *ezt a' könyvet olvasom*, hunc librum lego, demonstratiuo articulo iam indigitatum.

A. FORMAE INDETERMINATAE.

1. FORMA INDETERMINATA PRIMA.

De formis indeterminatis prima indeterminata est radice nuda, seu tertia singulari persona, ad

maiorem vim demonstratiuam, nullum affixum pronomen habente: ex. gr. *vár*, exspectat; *kér*, petit; *szalad*, aufugit; *enged*, indulget, cedit.

a. Et sic ea comparata est, non modo in praesenti, sed etiam in reliquis temporibus, et in modo optatiuo, excepto imperatiuo.

Eadem enim prima radix, tertia singularis persona, vt est in praesenti nuda, ita et in reliquis temporibus, et in modo optatiuo, acceptis notis tantum characteristicis aucta, cetera nuda manet, et tertiam itidem personam singularem vbique exhibet.

Hebraeorum est hoc more, quibus aeque nuda est prima radix, in genere quidem masculino, et in tempore primo. Apud nos vero patet hoc latius, qui et tempora plura habemus. Quod autem nullum in tertia persona adhibitum sit affixum pronomen: vt in Hebraico, quod recte obseruat Vaterus (*Gram. Hebr. Part. II. Sect. III. Cap. II.* §. 408.); ita et in nostro sermone, suapte hoc natura consecutum est. Tertia persona non ita eget, vt prima, vel secunda, signo demonstratiuo pronominis *ego*, vel *tu*. Nam, si subiectum sermonis nominetur, et verbum, eius habitudinis expressio, illico adiiciatur: vltro intelligitur is, qui loquitur, neque de se hoc dicere, neque de eo, ad quem loquitur. Inde etiam prior, et vetustior, est haec forma; vtpote quae reliquas personarum formas praecessit, et iis pro principio est, ac propterea primum quoque locum tenere debet.

Sed in modo imperatiuo, quia huius nota characteristica, primae radici adiecta, secundam format personam singularem: haec, ita dumtaxat au-

cta, cetera nuda manet; tertia vero, ad differentiam, accipit affixum suae personae pronomen *ön*.

b. Ad formandas porro reliquas in hac forma secundas personas singulares duo sunt affixa pronomina: in tempore praesenti, et futuro exacto, *eſz*; in aliis autem *ál*.

c. Primas autem personas singulares *ék* pronomen format in omnibus temporibus, et in modo vtroque, excepto praeterito secundo, in quo ea *ém* pronomine formatur.

ERGO
IN FORMA INDETERMINATA PRIMA,
RADICE NVDA,
ADHIBENTVR AFFIXA PRONOMINA
SINGVLARIA.

Personae Tertiae,	Secundae.	Primae.
Ön, is, ille,	*Eſz*, tu,	*Ék*, ego.
— — —	*Ál*, tu,	*Ém*, ego.

Verba autem radice nuda, quae secundum hanc formam inflectuntur, sunt copiosissima de neutris, actiuis, et aliis generibus inferioribus, mandatiua omnia, et multa de potentialibus.

2. FORMA INDETERMINATA SECVNDA.

Forma indeterminata secunda ea est: quae, consuetudine antiquissima, radicem, ipsam nempe tertiam singularem personam, iam auctam habet affixo pronomine *ik*: ex. gr. *ſzok-ik*, consuescit;

lép-ik, graditur; *futam-ik*, procurrit; *jelen-ik*, apparet.

Huiusmodi verba, radice aucta, sunt quam plurima de neutris, aliqua etiam de actiuis, omnia praeterea reflexiua, reciproca, et passiua, copiosa demum de potentialibus.

a. In horum inflexione, rite instituenda, radix nuda paratur, affixo pronomine *ik* resecto; sicque illi adnectuntur reliqua affixa pronomina, in praesenti tempore.

b. Eidem sic nudatae adduntur porro et notae characteristicae, tam temporum reliquorum, quam et modorum. Proximis deinde his radicibus, ad formandas personas cuiusque temporis, et modi, adiiciuntur, vt in praesenti tempore, affixa pronomina, huic formae propria.

1) Et ad tertias quidem personas singulares idem *ik*, quod iam in praesenti adfuit, constantissime redit, in vtroque modo, et reliquis temporibus, excepto praeterito secundo; in quo nota characteristica, in hac quoque forma, satis hanc personam indicat.

2) Secundas vero personas singulares format, in vnoquoque tempore, et modo vtroque, idem *ál* pronomen.

3) Ita et primae personae singulares, per omnia tempora, et modum vtrumque, formantur eodem *ém* pronomine.

QVARE
IN FORMA INDETERMINATA SECVNDA,
RADICE AVCTA,
ADHIBENTVR AFFIXA PRONOMINA
SINGVLARIA.

Personae Tertiae,	Secundae,	Primae,
Ik, is, ille.	*Al*, tu.	*Em*, ego.

3. DISCRIMEN INTER VTRAMQVE FORMAM

a. TANTVM IN SINGVLARI NVMERO.

Clarum iam est discrimen, quod tantum in singulari est numero, inter vtramque formam indeterminatam, primam radice nuda, et secundam radice aucta.

1) Illa, in formandis secundis, ac primis personis variat, tertiis nudis relictis, praeter eam, quae imperatiui est.

2) Haec autem omnes personas eodem format modo vnico, etiam tertias augens, clariusque demonstrans, excepta praeteriti secundi persona.

b. NVLLVM IN PLVRALI NVMERO.

Sed in numero plurali, personarum formatione, forma vtraque congruit, assumtis iisdem affixis pronominibus.

1) Tertiae personae omnes accipiunt plurale pronomen truncatum *nök*, etiam integrum *önök*. In secundo insuper praeterito variat eadem persona; nam recipit et *ék*, de *ök*.

2) Secundae personae fiunt accessione eiusdem vbique pronominis *tük*, *etek*.

3) Primas personas format idem pronomen plurale *ünk* de *énk* affixo.

IGITVR
IN FORMA INDETERMINATA VTRAQVE,
RADICE NVDA, ET AVCTA,
EADEM ADHIBENTVR AFFIXA PRONOMINA
PLVRALIA.

Personae Tertiae.	Secundae.	Primae.
Nök, *önök*, ii, illi.	*Tük*, *etek*, vos.	*Ünk*, nos.
Ék, ii, illi.	— —	— —

B. FORMA DETERMINATA.

Forma determinata, actiuorum tantum verborum, quando ea obiectum habent determinatum, differt ab indeterminatis, et in singulari, et in plurali numero; si primae excipiantur personae singulares formae indeterminatae secundae, in quibus ob idem affixum formatiuum perpetua est conuenientia; deinde secundae personae plurales formae vtriusque, in praeterito primo, et modo optatiuo, prorsus aequales.

1. Radix prima, formationum principium, est ipsa tertia singularis persona verbi actiui radice nuda; de actiuo autem radice aucta, ex. gr. *gyón-ik*, confitetur, *tseleked-ik*, agit, operatur, paratur nuda resecto affixo pronomine *ik*; *gyón*, *tseleked*.

2. Haec porro radix prima, assumtis affixis pronominibus, huic formae propriis, dat personas singulares, ad maiorem vim demonstratiuam etiam

tertias, non modo secundas, et primas, sic etiam plurales omnes; primum in praesenti, deinde et in reliquis temporibus, et in modo vtroque: posteaquam ea notis characteristicis rite sunt formata, vt in formis indeterminatis.

a. Tertiae singulares personae omnes formantur per idem affixum pronomen *é*, *jé*; secundae itidem omnes per *ed*; primae per *ém*.

b. Plurales autem tertias personas omnes dat eiusdem affixi pronominis *é*, *jé*, plurale *ék*, *jék*; secundas idem pronomen *etek*; primas vero pronomen *ük*.

QVAPROPTER
IN FORMA DETERMINATA
SVNT
PERSONARVM FORMATIVA PRONOMINA
SINGVLARIA.

Personae Tertiae.	Secundae.	Primae.
É, *jé*, is, ille.	*Ed*, tu.	*Ém*, ego.

PLVRALIA.

Ék, *jék*, ii, illi.	*Tük*, *etek*, vos.	*Ük*, nos.

C. NOTA DE VARIA DENOMINATIONE FORMARVM.

Formarum distinctio vulgo ista datur: vt duae dicantur *actiuae*, altera *indeterminata*, altera *determinata*; et vna *passiua*, quae tertiam dat formam.

Indeterminata actiua, quam ego indeterminatam primam voco radice nuda; determinata actiua, quam et ego sic appello; passiua demum, quam ego malui indeterminatam secundam nominare radice aucta.

Praeterea indeterminatam dicunt quidam *absolutam*, et *indirectam*; determinatam vero *constructam*, et *directam*.

In Grammaticis Commentationibus meis, quas scripsi in Antiquitates Literaturae Hungaricae, hunc sum et ego morem plerumque secutus. Sed recessi ab eo in hac Grammatica mea.

Nam primum indeterminata prima absolute actiua dici nequit, neque secunda solum passiua: quandoquidem secundum vtramque quam plurima inflectuntur verba neutra; deinde etiam actiua, licet multo copiosiora secundum priorem, pauca tantum secundum posteriorem; quaedam denique secundum priorem etiam significatione quodammodo passiua, quae Latine quidem sic reddi solent, inchoatiua nimirum nostra, et mutatiua pleraque, nobis tamen proprie neutra.

Deinde ea, quae secundum posteriorem inflectuntur verba actiua, sic sunt in hac forma significatione indeterminata, obiecto suo non determinato, vti sunt alia actiua secundum priorem inflexa. Rem exemplis placet illustrare. *Mit tselekszik a' gyermek? Tejet szopik:* Quid agit infans? Lac sugit. *A' szegény száraz kenyeret eszik, 's vizet iszik reá:* Pauper siccum panem comedit, et ei aquam superbibit. In his verba posterioris sunt formae, auctis radicibus. Iam altera videamus. *Mit kér tőled a' szomszéd? Pénzt akar:* Quid poscit abs te vicinus? Pecuniam vult. Vti haec, sic et illa, si ex indeterminato statu migrent in determinatum, induunt pariter eandem formam determinatam. *Azt kéri tőled a' szomszéd; a' pénzét akarja:* Hoc poscit abs te vicinus; pecuniam vult suam. *Azt tselekszi a' gyermek; anyja tejét szopja:* Hoc agit infans; matris suae lac sugit. *A' szegény meg eszi száraz kenyerét, 's a' forrás vizét iszsza reá:* Pauper comedit siccum panem suum, et ei scaturiginis aquam superbibit.

Si itaque ad hoc respiciatur: esse in vtraque forma verba actiua construendi modo indeterminata, et eadem, relicta forma priore, si constructio fiat determinata, vtraque pariter formam induere determinatam: aptior mihi videtur vtrorumque denominatio ab eodem statu indeterminata; discrimine aliunde petito, quod sufficiens est in radice nuda, et aucta.

Cum nihilominus, et passiua nostra propria secundum formam posteriorem inflectantur; multa item alia quodammodo passiua; et quaedam insuper actiua, nulla passiua formatione propria, assumtis tantum affixis pronominibus, huic formae destinatis, passiua fiant: nihil repugno, si illi et passiua detur denominatio, a potiore, vt dicitur, desumta. Quare dicatur, per me licet, haec forma indeterminata secunda, radice aucta, vulgo etiam passiua.

§. III. CONIVGATIONVM PARADIGMATA.

Iam vt omne illud discrimen, quod est inter has formas, tanto clarius obseruari, perspici, ac dignosci, mentique fidelius imprimi possit: putaui fore opportunissimum, iuuentuti cumprimis scholasticae, paradigmata inflectendorum verborum, in tabella columnis discreta, singula sub formis suis ita exhibere; vt modi, tempora, personae singulorum, sibi collata, vno quasi obtutu sub oculos caderent. Tabellam huiusmodi apte dixerimus *Parallelismum Coniugationum.* Eius itaque formam, a me confectam, isthic subiicio.

Verba pro Paradigmatibus delecta sunt talia: in quibus formationum regulae generales locum vbique habent, per omnes modos, tempora, et personas.

Formarum discrimine, quod primum volui, clarissime ob oculos posito, adiunxi et secundam tabellam: quae distinctius ostenderet, mandatiuorum, seu factitiuorum verborum actiuorum a passiuis differentiam.

PARALLELISMVS CONIVGATIONVM REGVLARIVM.

FORMA

INDETERMINATA PRIMA RADICE NVDA.	DETERMINATA, DE VTRAQVE INDETERMINATA VERBORVM ACTIVORVM.	

MODVS INDICATIVVS.

TEMPVS PRAESENS, IDEM ET FVTVRVM PRIMVM.

Pers.	Singulari Numero.	
Laudat.	Laudat.	Transgreditur.
3. *Ditsér.*	*Ditsér-i.*	*Által-lép-i.*
2. *Ditsér-ſz.*	*Ditsér-ed.*	*Által-lép-ed.*
1. *Ditsér-ek.*	*Ditsér-em.*	*Által-lép-em.*
Pers.	Plurali Numero.	
3. *Ditsér-nek.*	*Ditsér-i-k.*	*Által-lép-i-k.*
2. *Ditsér-tek.*	*Ditsér-i-tek.*	*Által-lép-i-tek.*
1. *Ditsér-ünk.*	*Ditsér-j-ük.*	*Által-lép-j-ük.*
Pers.	Singulari Numero.	
Tegit.	Tegit.	Consuescit.
3. *Takar.*	*Takar-ja.*	*Meg-ſzok-ja.*
2. *Takar-ſz.*	*Takar-od.*	*Meg-ſzok-od.*
1. *Takar-ok.*	*Takar-om.*	*Meg-ſzok-om.*
Pers.	Plurali Numero.	
3. *Takar-nak.*	*Takar-já-k.*	*Meg-ſzok-já-k.*
2. *Takar-tok.*	*Takar-já-tok.*	*Meg-ſzok-já-tok.*
1. *Takar-unk.*	*Takar-j-uk.*	*Meg-ſzok-j-uk.*

Adieci

Adieci demum et tertiam tabellam; vt exhiberetur etiam potentialium verborum dilucidata ratio, in generibus saltem praecipuis, per omnes tres formas, indeterminatam vtramque, et determinatam.

PARALLELISMVS CONIVGATIONVM REGVLARIVM.

FORMA

INDETERMINATA SECVNDA RADICE AVCTA, QVAE VVLGO PASSIVA DICITVR.

MODVS INDICATIVVS.

TEMPVS PRAESENS, IDEM ET FVTVRVM PRIMVM.

Pers.	Singulari Numero.	
Laudatur.	Nascitur.	Graditur.
3. *Ditsér-tet-ik.*	*Szül-et-ik.*	*Lép-ik.*
2. *Ditsér-tet-el.*	*Szül-et-el.*	*Lép-el.*
1. *Ditsér-tet-em.*	*Szül-et-em.*	*Lép-em.*
Pers.	Plurali Numero.	
3. *Ditsér-tet-nek.*	*Szül-et-nek.*	*Lép-nek.*
2. *Ditsér-tet-tek.*	*Szül-et-tek.*	*Lép-tek.*
1. *Ditsér-tet-ünk.*	*Szül-et-ünk.*	*Lép-ünk.*
Pers.	Singulari Numero.	
Tegitur.	Benedicitur.	Suescit.
3. *Takar-tat-ik.*	*Áld-at-ik.*	*Szok-ik.*
2. *Takar-tat-ol.*	*Áld-at-ol.*	*Szok-ol.*
1. *Takar-tat-om.*	*Áld-at-om.*	*Szok-om.*
Pers.	Plurali Numero.	
3. *Takar-tat-nak.*	*Áld-at-nak.*	*Szok-nak.*
2. *Takar-tat-tok.*	*Áld-at-tok.*	*Szok-tok.*
1. *Takar-tat-unk.*	*Áld-at-unk.*	*Szok-unk.*

FORMA

INDETERMINATA PRIMA RADICE NVDA.	DETERMINATA, DE VTRAQVE INDETERMINATA VERBORVM ACTIVORVM.	

TEMPVS PRAETERITVM IMPERFECTVM, AVXILIATVM.

Ipsum tempus praesens, nisi quod singulis personis addatur *vala*.

Pers.	Singulari Numero.	
Laudabat.	Laudabat.	Transgrediebatur.
3. *Ditsér vala.*	*Ditsér-i vala.*	*Által-lép-i vala.*
etc.	etc.	etc.

TEMPVS PRAETERITVM PERFECTVM PRIMVM. VVLGO IMPERFECTVM SECVNDVM.

Pers.	Singulari Numero.	
Laudauit.	Laudauit.	Transgressus fuit.
3. *Ditsér-e.*	*Ditsér-e*, olim *ditsér-é-je.*	*Által lép-é*, olim *által-lép-é-je.*
2. *Ditsér-é-l.*	*Ditsér-é-d.*	*Által-lép-é-d.*
1. *Ditsér-é-k.*	*Ditsér-é-m.*	*Által-lép-é-m.*
Pers.	**Plurali Numero.**	
3. *Ditsér-é-nek.*	*Ditsér-é-k*, olim *ditsér-é-jek.*	*Által lép-é-k*, olim *által-lép-é-jek.*
2. *Ditsér-é-tek.*	*Ditsér-é-tek.*	*Által-lép-é-tek.*
1. *Ditsér-é-nk.*	*Ditsér-ő-k*, olim *ditsér-ő-j-ök.*	*Által-lép-ő-k*, olim *által-lép-ő-j-ök.*

Pers.	Singulari Numero.	
Texit.	Texit.	Consueuit.
3. *Takar-a.*	*Takar-á*, olim *takar-á-ja.*	*Meg-szok-á*, olim *meg-szok-á-ja.*
2. *Takar-á-l.*	*Takar-á-d.*	*Meg-szok-á-d.*
1. *Takar-á-k.*	*Takar-á-m.*	*Meg-szok-á-m.*

FORMA

INDETERMINATA SECVNDA RADICE AVCTA, QVAE VVLGO PASSIVA DICITVR.

TEMPVS PRAETERITVM IMPERFECTVM, AVXILIATVM.

Idem tempus praesens, nisi quod singulis personis addatur *vala*.

Pers.	Singulari Numero.		
	Laudabatur.	Nascebatur.	Gradiebatur.
3.	*Ditsér-tet-ik vala.*	*Szül-et-ik vala.*	*Lép-ik vala.*
	etc.	etc.	etc.

TEMPVS PRAETERITVM PERFECTVM PRIMVM. VVLGO IMPERFECTVM SECVNDVM.

Pers.	Singulari Numero.		
	Laudatus fuit.	Natus fuit.	Gressus fuit.
3.	*Ditsér-tet-é-k*, olim *ditsér-tet-é-j-ek.*	*Szül-et-é-k*, olim *ſzül-et-é-j-ek.*	*Lép-é-k*, olim *lép-é-j-ek.*
2.	*Ditsér-tet-é-l.*	*Szül-et-é-l.*	*Lép-é-l.*
1.	*Ditsér-tet-é-m.*	*Szül-et-é-m.*	*Lép-é-m.*
Pers.	**Plurali Numero.**		
3.	*Ditsér-tet-é-nek.*	*Szül-et-é-nek.*	*Lép-é-nek.*
2.	*Ditsér-tet-é-tek.*	*Szül-et-é-tek.*	*Lép-é-tek.*
1.	*Ditsér-tet-é-nk.*	*Szül-et-é-nk.*	*Lép-é-nk.*

Pers.	Singulari Numero.		
	Tectus fuit.	Benedictus fuit.	Sueuit.
3.	*Takar-tat-é-k*, olim *takar-tat-é-j-ek.*	*Áld-at-é-k*, olim *áld-at-é-j-ek.*	*Szok-é-k*, olim *ſzok-é-j-ek.*
2.	*Takar-tat-á-l.*	*Áld-at-á-l.*	*Szok-á-l.*
1.	*Takar-tat-á-m.*	*Áld-at-á-m.*	*Szok-á-m.*

FORMA

INDETERMINATA PRIMA RADICE NVDA.	DETERMINATA, DE VTRAQVE INDETERMINATA VERBORVM ACTIVORVM.	
Pers.	Plurali Numero.	
3. *Takar-á-nak.*	*Takar-á-k*, olim *takar-á-jak.*	*Meg-ſzok-á-k*, olim *meg-ſzok-á-jak.*
2. *Takar-á tok.*	*Takar-á-tok.*	*Meg-ſzok-á-tok.*
1. *Takar-á-nk.*	*Takar-ó-k*, olim *takar-ó-j-ok.*	*Meg-ſzok-ó k*, olim *meg-ſzok-ó-j-ok.*

TEMPVS PRAETERITVM PERFECTVM SECVNDVM.

Pers.	Singulari Numero.	
Laudauit.	Laudauit.	Transgressus fuit.
3. *Ditsér-t.*	*Ditsér-t-e.*	*Által-lép-t-e.*
2. *Ditsér-t-él.*	*Ditsér-t-ed.*	*Által-lép-t-ed.*
1. *Ditsér-t-em.*	*Ditsér-t-em.*	*Által-lép-t-em.*
Pers.	Plurali Numero.	
3. *Ditsér-t-enek*, et *ditsér-t-ek.*	*Ditsér-t-é-k.*	*Által-lép-t-é-k.*
2. *Ditsér-t-etek.*	*Ditsér-t-é-tek.*	*Által-lép t-é-tek.*
1. *Ditsér-t-ünk.*	*Ditsér-t-ük.*	*Által lép-t-ük.*

Pers.	Singulari Numero.	
Texit.	Texit.	Consueuit.
3. *Takar-t.*	*Takar-t-a.*	*Meg-ſzok-t-a.*
2. *Takar-t-ál.*	*Takar-t-ad.*	*Meg-ſzok-t-ad.*
1. *Takar-t-am.*	*Takar-t-am.*	*Meg-ſzok-t-am.*
Pers.	Plurali Numero.	
3. *Takar-t-anak*, et *takar-t-ak.*	*Takar-t-á-k.*	*Meg-ſzok-t-á-k.*
2. *Takar-t-atok.*	*Takar-t-á-tok.*	*Meg-ſzok-t-á-tok.*
1. *Takar-t-unk.*	*Takar-t-uk.*	*Meg-ſzok-t-uk.*

FORMA
INDETERMINATA SECVNDA RADICE AVCTA, QVAE VVLGO PASSIVA DICITVR.

Pers.	Plurali Numero.	
3. *Takar-tat-á-nak.*	*Áld-at-á-nak.*	*Szok-á-nak.*
2. *Takar-tat-á-tok.*	*Áld-at-á-tok.*	*Szok-á-tok.*
1. *Takar-tat-á-nk.*	*Áld-at-á-nk.*	*Szok-á-nk.*

TEMPVS PRAETERITVM PERFECTVM SECVNDVM.

Pers.	Singulari Numero.	
Laudatus fuit.	Natus fuit.	Gressus fuit.
3. *Ditsér-tet-ett.*	*Szül-et-ett.*	*Lép-ett.*
2. *Ditsér-tet-t-él.*	*Szül-et-t-él.*	*Lép-t-él.*
1. *Ditsér-tet-t-em.*	*Szül-et-t-em.*	*Lép-t-em.*
Pers.	Plurali Numero.	
3. *Ditsér-tet-t-enek*, et *ditsér-tet-t-ek.*	*Szül-et-t-enek*, et *szül-et-t-ek.*	*Lép-t-enek*, et *lép-t-ek.*
2. *Ditsér-tet-t-etek.*	*Szül-et-t-etek.*	*Lép-t-etek.*
1. *Ditsér-tet-t-ünk.*	*Szül-et-t-ünk.*	*Lép-t-ünk.*

Pers.	Singulari Numero.	
Tectus fuit.	Benedictus fuit.	Sueuit.
3. *Takar-tat-ott.*	*Áld-at-ott.*	*Szok-ott.*
2. *Takar-tat-t-ál.*	*Áld-at-t-ál.*	*Szok-t-ál.*
1. *Takar-tat-t-am.*	*Áld-at-t-am.*	*Szok-t-am.*
Pers.	Plurali Numero.	
3. *Takar-tat-t-anak*, et *takar-tat-t-ak.*	*Áld-at-t-anak*, et *áld-at-t-ak.*	*Szok-t-anak*, et *szok-t-ak.*
2. *Takar-tat-t-atok.*	*Áld-at-t-atok.*	*Szok-t-atok.*
1. *Takar-tat-t-unk.*	*Áld-at-t-unk.*	*Szok-t-unk.*

FORMA

INDETERMINATA PRIMA RADICE NVDA.	DETERMINATA, DE VTRAQVE INDETERMINATA VERBORVM ACTIVORVM.

TEMPVS PRAETERITVM PLVSQVAMPERFECTVM, AVXILIATVM.

Est ipsum tempus praeteritum perfectum secundum assumtis auxiliaribus *vala*, vel *vólt*.

Pers.	Singulari Numero.	
Laudauerat.	Laudauerat.	Transgressus fuerat.
3. *Ditsér-t vala*, vel *volt*, etc.	*Ditsér-t-e vala*, vel *volt*, etc.	*Által-lép-t-e vala*, vel *volt*, etc.

TEMPVS FVTVRVM SECVNDVM, AVXILIATVM.

Hoc tempus exprimitur per infinitiuum, et verbum *fog*, *capit*, *apprehendit*, pro *occipit*, ei adiectum, perque personas variatum.

Pers.	Singulari Numero.	
Laudabit.	Laudabit.	Transgredietur.
3. *Ditsér-ni fog.*	*Ditsér-ni fog-ja.*	*Által fog-ja lép-ni.*
2. *Ditsér-ni fog-sz.*	*Ditsér-ni fog-od.*	*Által fog-od lép-ni.*
1. *Ditsér-ni fog-ok.*	*Ditsér-ni fog-om.*	*Által fog-om lép-ni.*
Pers.	**Plurali Numero.**	
3. *Ditsér-ni fog-nak.*	*Ditsér-ni fog-já-k.*	*Által fog-já-k lép-ni.*
2. *Ditser-ni fog-tok.*	*Ditsér-ni fog-já-tok.*	*Által fog-já-tok lép-ni.*
1. *Ditser-ni fog-unk.*	*Ditsér-ni fog-j-uk.*	*Áltul fog-j-uk lép-ni.*

Pers.	Singulari Numero.	
Teget.	Teget.	Consuescet.
3. *Takar-ni fog.*	*Takar-ni fog-ja.*	*Meg-fog-ja szok-ni.*

FORMA
INDETERMINATA SECVNDA RADICE AVCTA, QVAE VVLGO PASSIVA DICITVR.

TEMPVS PRAETERITVM PLVSQVAMPERFECTVM, AVXILIATVM.

Est ipsum tempus praeteritum perfectum secundum assumtis auxiliaribus *vala*, vel *vólt*.

Pers.	Singulari Numero.		
	Laudatus fuerat.	Natus fuerat.	Gressus fuerat.
3.	*Ditsér-tet-ett vala*, vel *volt*, etc.	*Szül-et-ett vala*, vel *volt*, etc.	*Lép-ett vala*, vel *volt*, etc.

TEMPVS FVTVRVM SECVNDVM, AVXILIATVM.

Hoc tempus exprimitur per infinitiuum, et verbum *fog*, *capit*, *apprehendit*, pro *occipit*, ei adiectum, perque personas variatum.

Pers.	Singulari Numero.		
	Laudabitur.	Nascetur.	Gradietur.
3.	*Ditsér-tet-ni fog.*	*Szül-et-ni fog.*	*Lép-ni fog.*
2.	*Ditsér-tet-ni fog-sz.*	*Szül-et-ni fog-sz.*	*Lép-ni fog-sz.*
1.	*Ditsér-tet-ni fog-ok.*	*Szül-et-ni fog-ok.*	*Lép-ni fog-ok.*
Psrs.	Plurali Numero.		
3.	*Ditsér-tet-ni fog-nak.*	*Szül-et-ni fog-nak.*	*Lép-ni fog-nak.*
2.	*Ditsér-tet-ni fog-tok.*	*Szül-et-ni fog-tok.*	*Lép-ni fog-tok.*
1.	*Ditsér-tet-ni fog-unk.*	*Szül-et-ni fog-unk.*	*Lép-ni fog-unk.*

Pers.	Singulari Numero.		
	Tegetur.	Benedicetur.	Suescet.
3.	*Takar-tat-ni fog.*	*Áld-at-ni fog.*	*Szok-ni fog.*

FORMA.

INDETERMINATA PRIMA RADICE NVDA.	DETERMINATA, DE VTRAQVE INDETERMINATA VERBORVM ACTIVORVM.	
2. *Takar-ni fog-ſz.*	*Takar-ni fog-od.*	*Meg fog-od ſzok-ni.*
1. *Takar-ni fog-ok.*	*Takar-ni fog-om.*	*Meg fog-om ſzok-ni.*
Pers.	Plurali Numero.	
3. *Takar-ni fog-nak.*	*Takar-ni fog-já-k.*	*Meg fog-já-k ſzok-ni.*
2. *Takar-ni fog-tok.*	*Takar-ni fog-já-tok.*	*Meg fog-já-tok ſzok-ni.*
1. *Takar-ni fog-unk.*	*Takar-ni fog-j-uk.*	*Meg fog-j-uk ſzok-ni.*

MODVS CONIVNCTIVVS.

TEMPVS PRAESENS, QVOD ETIAM PRO IMPERATIVO EST.

Pers.	Singulari Numero.	
Lauda. Laudes.	Lauda. Laudes.	Transgredere, Transgrediare.
2. *Ditsér-j.*	*Ditsér-j-ed.*	*Lép-j-ed által.*
3. *Ditsér-j-en.*	*Ditsér-j-e.*	*Lép-j-e által.*
1. *Ditsér-j-ek.*	*Ditsér-j-em.*	*Lép-j-em által.*
Pers.	Plurali Numero.	
3. *Ditsér-j-enek.*	*Ditsér-j-é-k.*	*Lép-j-é-k által.*
2. *Ditsér-j-etek.*	*Ditsér-j-é-tek.*	*Lép-j-é-tek által.*
1. *Ditsér-j-ünk.*	*Ditsér-j-ük.*	*Lép-j-ük által.*
Pers.	Singulari Numero.	
Tege. Tegas.	Tege. Tegas.	Consuesce. Consuescas.
2. *Takar-j.*	*Takar-j-ad.*	*Szok-j-ad meg.*
3. *Takar-j-on.*	*Takar-j-a.*	*Szok-j-a meg.*
1. *Takar-j-ak.*	*Takar-j-am.*	*Szok-j-am meg.*

FORMA.

INDETERMINATA SECVNDA RADICE AVCTA, QVAE VVLGO PASSIVA DICITVR.

2. *Takar-tat-ni fog-fz.*	*Áld-át-ni fog-fz.*	*Szok-ni fog-fz.*
1. *Takar-tat-ni fog-ok.*	*Áld-at-ni fog-ok.*	*Szok-ni fog-ok.*

Pers. Plurali Numero.

3. *Takar-tat-ni fog-nak.*	*Áld-at-ni fog-nak.*	*Szok-ni fog-nak.*
2. *Takar-tat-ni fog-tok.*	*Áld-at-ni fog-tok.*	*Szok-ni fog-tok.*
1. *Takar-tat-ni fog-unk.*	*Áld-at-ni fog-unk.*	*Szokni fog-unk.*

MODVS CONIVNCTIVVS.

TEMPVS PRAESENS, QVOD ETIAM PRO IMPERATIVO EST.

Pers. Singulari Numero.

Laudare, Lauderis.	Nascere, Nascaris.	Gradere, Gradiaris.
2. *Ditsér-tes-s-él.*	*Szül-es-s-él.*	*Lép-j-él.*
3. *Ditsér-tes-s-ék.*	*Szül-es-s-ék.*	*Lép-j-ék.*
1. *Ditsér-tes-s-em.*	*Szül-es-s-em.*	*Lép-j-em.*

Pers. Plurali Numero.

3. *Ditsér-tes-s-enek.*	*Szül-es-s-enek.*	*Lép-j-enek.*
2. *Ditsér-tes-s-etek.*	*Szül-es-s-etek.*	*Lép-j-etek.*
1. *Ditsér-tes-s-ünk.*	*Szül-es-s-ünk.*	*Lép-j-ünk.*

Pers. Singulari Numero.

Tegere, Tegaris.	Benedicare, Benediceris.	Suesce. Suescas.
2. *Takar-tas-s-ál.*	*Áld-as-s-ál.*	*Szok-j-ál.*
3. *Takar-tas-s-ék.*	*Áld-as-s-ék.*	*Szok-j-ék.*
1. *Takar-tas-s-am.*	*Áld-as-s-am.*	*Szok-j-am.*

FORMA

INDETERMINATA PRIMA RADICE NVDA.	DETERMINATA, DE VTRAQVE INDETERMINATA VERBORVM ACTIVORVM.	
Pers.	Plurali Numero.	
3. *Takar-j-anak.*	*Takar-j-á-k.*	*Szok-j-á-k meg.*
2. *Takar-j-atok.*	*Takar-j-á-tok.*	*Szok-j-á-tok meg.*
1. *Takar-j-unk.*	*Takar-j-uk.*	*Szok-j-uk meg.*

TEMPVS PRAETERITVM IMPERFECTVM, MODI OPTATIVI.

Pers.	Singulari Numero.	
Laudaret.	Laudaret.	Transgrederetur.
3. *Ditsér-ne.*	*Ditsér-né*, olim *ditsér-né-je.*	*Által lép-né*, olim *által lép-né-je.*
2. *Ditsér-né-l.*	*Ditsér-né-d.*	*Által lép-né-d.*
1. *Ditsér-né-k.*	*Ditsér-né-m.*	*Által lép-né-m.*
Pers.	Plurali Numero.	
3. *Ditsér-né-nek.*	*Ditsér-né-k*, ol. *ditsér-né-jek.*	*Által lép-né-k*, olim *által lép-né-jek.*
2. *Ditsér-né-tek.*	*Ditsér-né-tek.*	*Által lép-né-tek.*
1. *Ditsér-né-nk.*	*Ditsér-nö-k*, ol. *ditsér-nö-j-ök.*	*Által lép-nö-k*, olim *által lép-nö-j-ök.*

Pers.	Singulari Numero.	
Tegeret.	Tegeret.	Consuesceret.
3. *Takar-na.*	*Takar-ná*, olim *takar-ná-ja.*	*Meg ſzok-ná*, olim *meg ſzok-ná-ja.*
2. *Takar-ná-l.*	*Takar-ná-d.*	*Meg ſzok-ná-d.*
1. *Takar-né-k.*	*Takar-ná-m.*	*Meg ſzok-ná-m.*
Pers.	Plurali Numero.	
3. *Takar-ná-nak.*	*Takar-ná-k*, ol. *takar-ná-jak.*	*Meg ſzok-nák*, olim *meg ſzok-ná-jak.*
2. *Takar-ná-tok.*	*Takar-ná-tok.*	*Meg ſzok-ná-tok.*
1. *Takar-ná-nk.*	*Takar-nó-k*, ol. *takar-nó-jok.*	*Meg ſzok-nó-k*, olim *meg ſzok-nó-j-ok.*

FORMA
Et in lingua quidem adolescente prima erant rerum nomina, potissimum monosyllaba, quae eadem praebuerunt et verba, forma simplicissima, antequam alia nata sunt iam artificiosa, et auctiora. Supersunt vero et hodie nonnulla huiusmodi nomina, quae vna et verba sunt: ex. gr. *fagy*, quod est *gelu*, et *gelascit*; deinde *lak*, simplici quidem forma minus vsitatum, *habitatio*, magis vero composita *fzép lak*, *új lak*, vicorum nomina *pulchra habitatio*, *noua habitatio*; idem hodie affixo pronomine auctum *lak-ik*, verbi vsu *habitat*. Rudi pronominum accessione in lingua nascente fuit *fagy-én*, *fagy-te*, *fagy-ő*, vtroque valore, nominis nempe, et verbi, ad personas relati, genuine *gelu-ego*, *gelu-tu*, *gelu-ille*, pro istis *gelu-meum*, *gelu-tuum*, *gelu-illius*, deinde *gelasco*, *gelascis*, *gelascit*. Sic etiam *lak-én*, *lak-te*, *lak-ő*, proprie *habitatio-ego*, *habitatio-tu*, *habitatio-ille*, pro istis *habitatio-mea*, *habitatio-tua*, *habitatio-illius*, deinde *habito*, *habitas*, *habitat*. Formatione postea perfectiore, quae et hodie viget, sic sunt ista distincta, nominum quidem valore: *fagy-om*, *fagy-od*, *fagy-a*, vel *fagy-ja*; *lak-om*, *lak-od*, *lak ja*; verborum vero significatione: *fagy-ok*, *fagy-fz*, *fagy*; *lak-om*, *lak-ol*, *lak-ik*.

Haec tantum breuiter placuit isto loco innuere, ad formationes, quae sequuntur, clarius intelligendas. Vberiora dabit explanatio praemissa verborum deriuationi. Sequimur et in his linguae adolescentis Insignem Obseruatorem Ioannem Iahnum (Praefat. in Grammaticam Aramaeam). Rudem formationem primigeniam,

quam attulimus, iam satis vidimus, vel in pronominum euolutione, ex manifestis eius vestigiis, hodieque superesse in linguis Fennicis.

Si inflexio poscatur verbi factitiui, vel potentialis: vtriusque forma paratur conueniente formatiuo ad primam radicem adiecto; et haec porro sic aucta praebet aptam radicem reliquis formationibus per personas, tempora, et modos.

Verbi factitiui formatiuum duplex est: *minus*, et *maius*.

Minus, et proprium, est verbum *et*, ipsum *te* inuersum, radix verbi aucti *te-ſz-en*, facit, plerisque verbis monosyllabis amicum. Maius est *tet*, verborum polysyllaborum, et quorundam monosyllaborum, geminata radicali *t* consona de priore natum. Vtrumque congruenter mutat vocalem: ex. gr. *kér*, petit; *ád*, dat; *keres*, quaerit; *talál*, inuenit; dant de se factitiua: *kér-et*, *ad-at*, *keres-tet*, *talál-tat*, peti facit, dari facit, quaeri facit, inueniri facit.

Verbi potentialis formatiuum est verbum *hat*, potis est, potest, vocali congruenter mutata *het*: cuius accessione de verbis ex. gr. *ád*, *kér*, *ad-at*, *kér-et*, dat, petit, dari facit, peti facit, fiunt potentialia: *ad hat*, *kér-het*, *ad-at-hat*, *kér-et-het*, dare-potest, petere-potest, dari-facere-potest, peti-facere-potest.

b) PERSONA SECVNDA.

Iam de prima radice temporis praesentis formatur secunda eiusdem temporis persona singula-

ris, adiecto affixo asyllabo *ſz*, de antiquo pronominę vocali *eſz*, tu, vti in paradigmatibus videre licuit.

EXEMPLA.

De radicibus primis, ***ditsér***, ***takar***; de factitiuis praeterea, ***kér-et***, ***ad-at***, ***keres-tet***, ***talál-tat***; etiam de potentialibus, ***ad-hat***, ***kér-het***, ***ad-at-hat***, ***kér-et-het***; fiunt secundae personae: ***ditsér-ſz***, ***takar-ſz***; ***kér-et-ſz***, ***ad-at-ſz***, ***keres-tet-ſz***, ***talál-tat-ſz***; ***ad-hat-ſz***, ***kér-het-ſz***, ***ad-at-hat-ſz***, ***kér-et-het-ſz***.

OBSERVATIONES.

(1) Fit hoc formatiuum etiam syllabicum, resumta vocali primigenia, eaque, cum opus est, congruenter mutata, ad vitandum duriorem consonantium concursum, et apertum, et occultum.

Apertus est concursus consonantium in radicibus, quae iam ipsae in duplices desinunt consonantes: ex. gr. ***mond***, dicit; ***küld***, mittit; ***bolyong***, errat, vagatur; ***kereng***, circumuoluitur; ***hall***, audit; ***kell***, placet, complacet; ***ſzánt***, arat; ***önt***, fundit; ***támaſzt***, suscitat; ***ereſzt***, mittit, sinit, emittit. Hae secundam personam sic faciunt: ***mond-aſz***, ***küld-eſz***, ***bolyong-aſz***, ***kereng-eſz***, ***hall-aſz***, ***kell-eſz***, ***ſzánt-aſz***, ***önt-eſz***, ***támaſzt-aſz***, ***ereſzt-eſz***.

Occultus consonantium concursus est in verbis ***t*** consona terminatis, praeeunte longa vocali ***í***, vel ***é***: ex. gr. ***tanít***, vel ***tanét***, docet; ***kéſzít***, vel ***kéſzét***, parat; ***boldogít***, vel ***boldogét***, beat, felicitat; ***keserít***, vel ***keserét***, amaricat, acerbat. Haec

enim nata ex nominibus, potissimum adiectiuis, mutatiuo casu expressis, accedente ipsis formatiuo *it*, quod est geminum formatiuo *et*, facit, huius vocalem *i* olim in consonam *j* mutarunt, quo pacto in duplicem desierunt consonam: *tanéjt*, *készéjt*, *boldogéjt*, *keseréjt*. Sed in his hodie, et dudum satis, consona *j* iam absorpta est. Veteri tamen concursu deductae formationes, *tanéjt-asz*, *készéjt-esz*, *boldogéjt-asz*, *keseréjt-esz*, manent eo etiam occultato: *tanít-asz*, vel *tanét-asz*; *készit-esz*, vel *készét-esz*; *boldogít-asz*, vel *boldogét-asz*; *keserít-esz*, vel *keserét-esz*.

Huiusmodi verborum ista omnino formatio, quae indicata est, clarius euoluitur loco suo, in verborum deriuatione, ad probandam veterum in iis rationem exemplis copiosius adductis, et conciliata recentiorum discordia.

(2) Radicibus, in sibilantes literas *s*, *sz*, et *z*, desinentibus, ex. gr. *keres*, quaerit; *futkos*, cursitat; *egerész*, mures capit; *vadász*, venatur; *kedvez*, fauet; *hordoz*, gestat; putant quidam pro *sz*, secundae personae formatiuo, affigendum esse formatiuum *al*, vocali congruenter mutata, ad vitandum sonum duriorem, vel dubium. Sed hoc formatiuum licet occurrat in tribus primae indeterminatae formae temporibus, in duobus nempe praeteritis, et in imperfecto optatiui; cum tamen in forma indeterminata secunda haec sit dominans secundae personae terminatio; eam in formae primae tempore praesenti auctores probati ne in simi-

libus quidem radicibus ferunt. Quare secunda harum persona, erit *keres-ſz*, *futkos-ſz*, *egeréſz-ſz*, *vadáſz-ſz*, *ked-vez-ſz*, *hordoz-ſz*; et in durioribus quidem sonus vtriusque literae sibilo celeri continuo variante exprimendus; in dubiis autem personae discrimen eiusdem consonae geminatione indicandum: non vero, vt quidam volunt, alieno formatiuo perperam intruso, *keres-el*, *futkos-ol*, *egeréſz-el*, *vadáſz-ol*, *kedvez-el*, *hordoz-ol*.

Pro his, etiam durius culis, stat constans veterum auctoritas. Habet Telegdius: *Magadnak vermet áſ-ſz* (Part. II. pag. 443); Tibi ipse foueam fodis. Deinde Pázmánus in Libro Precum: *Keres-ſz minket, ki semmi nélkül nem ſzükölködöl* (pag. 147.); Quaeris nos, qui nulla re eges. Etiam Károlyius: *Mit futkos-ſz olly igen gyakorta változtatván az te útaidat* (Jerem. II. 6.); Quid cursitas tam saepe mutans vias tuas. Praeterea Komjáthius: *Ki hirdeted, hogy nem kellene orozni, tenmagad oroz-ſz* (E. ij.): Qui praedicas non furandum esse, tu ipse furaris. Pétsius postea: *Te pedig, kemény, és töredetlen ſzíved miatt, haragot kintsez-ſz magadnak* (pag. auers. 13.); Tu autem propter durum, et impoenitens cor tuum, iram thesaurizas tibi. Etiam Káldius: *Egy kevessé aluſzol, és egy kevessé ſzunnyadoz-ſz* (Prouerb. XXIV. 33.): Paululum dormis, et paululum dormitas. Inter recentiores Gyöngyösius in Chariclia emendata, *Az egy Theogenest, kit nevez-ſz fiadnak, mondod hátra lenni* (Part. IX.); Solum Theogenem, quem nominas filium tuum, dicis restare.

Sunt exempla, verborum praesertim monosyllaborum, in quibus consonantium concursus exigit, vt supra, formatiuum syllabicum; hocque pacto euitatur et durities pronunciandi, et ambiguitas: ex. gr. *vonz*,

trahit, nuda radix de auctiore *vonz-on*, deinde *nemz*, generat, accepto formatiuo syllabico facilius distinctiusque efferuntur, *vonz-asz*, *nemz-esz*.

Quae cum ita sint constante veterum vsu; eo deterius agit Magna Grammatica Debretzinensis: quod cuique verbo actiuo, in sua forma truncata (*tsonka forma*), seu defectiua, temere affingat hac formatione personam secundam, quae in primam agat personam: ex. gr. *fog-ol*, *kér-el*, capis me tu, rogas me tu; sicut prima est persona in secundam agens, *fog-l-ak*, *kér-l-ek*, capio te ego, rogo te ego. Pro hac quidem forma stat vsus perpetuus, et ipsa vltro clara dat indicia, vt iam vidimus in pronominum euolutione, vtriusque pronominis, nominatiui, et accusatiui. Sed illa modo efficta perperam obtruditur: cuius nullum omnino vestigium superest in tota antiquitate nostra, quam quidem ego sciam; et solo gaudet nominatiui pronomine, si id recte etiam affigi concedamus. Deprauationes hodiernas *fogol*, *kérel*, *látol*, *hallol engem*, non nouerunt venerabiles maiores nostri: pro quibus illi, vsu suo constante, vnice ista recte dici probant, *fogsz*, *kérsz*, *látsz*, *hallasz engem*. Káldius certe radicem, vel sibilo terminatam, hoc formatiuo sibilante auctam adhibet, cum primae personae accusatiuo: *Ha reggel keres-sz engem, nem lészek* (Job. VII. 21.); Si maue me quaesieris, non subsistam. Sic Lépesius cum eiusdem personae accusatiuo plurali etiam occulto: *Uram! a' nyavalyák, kikkel büneinkért méltán ostoroz-sz, hamar elmúló nyilak* (De Jud. pag. 179.); Domine mi, aerumnae, quibus *nos* propter peccata nostra merito flagellas, sunt sagittae cito transeuntes. Addo et Pázmáni exemplum: *Boldogságos Szent Angyal! ki Istennek parantsolatjából örz-esz engem* (Libr. Prec. pag. 120.); Beatissime Sancte Angele! qui Dei mandato me custodis. Tanti Hungari! non tamen sic loquuntur, vt isti

docent recentissimi linguae restauratores: *keresel engem*, *ostorozol minket*, *örzöl engem.*

(8) Sunt radices etiam verborum bene multae, non solum nominum: quae et hodie, si increscant, expuncta vocali posteriore, contrahi amant; olim vero vel simplices contractae erant. Apud Scriptores nostros etiam probatissimos, quos in verborum deriuatione opportunius prouocabimus, recurrunt certe exempla huiusmodi: *érdeml*, *ingerl*, *vezérl*, *gyakorl*, meretur, irritat, dirigit, frequentat, etiam *tsikorg*, stridet.

Verba huius generis, hodie vocaliora, antequam affixa accipiant, contractae formae veteri sunt restituenda, vsu etiam latiore, quam nomina huiusmodi contractioni obnoxia. Et haec porro ita contracta, quia iam duplici consona terminantur, affixa formatiua poscunt syllabica, a vocali inchoantia.

Frequentiora sunt verba talia nata accessione formatiuorum *eg*, *og*, et *el*, *ol.*

De prioribus sunt: *kesereg*, moeret; *könyörög*, orat, precatur; *háborog*, discordat, tumultuatur; *nyomorog*, affligitur; *tsikorog*, stridet; *morog*, murmurat; *forog*, voluitur.

De posterioribus vero sequentia: *énekel*, canit; *érdemel*, meretur; *vezérel*, dirigit; *ingerel*, irritat, lacessit; *gyakorol*, exercet, frequentat; *torol*, vlciscitur; *gyászol*, luget; *gázol*, vadat.

Huc referuntur praeterea verba in consonam *r* desinentia, in quibus vltimam vocalem consona *p*, vel *t*, praecedit: ex. gr. *söpör*, scopat; *tipor*, conculcat; *gyötör*, torquet, cruciat; *kotor*, effricat.

Quibus iunguntur et eorum aliqua, quae orta sunt per formatiuum *ez*, *oz:* ex. gr. *érez*, sentit; *ſzerez*, ordinat, componit, comparat; *arányoz*, collimat, coniicit; *kínoz*, cruciat.

His accedit singulare *terem*, crescit, nascitur.

Ista ergo secundam personam singularem sic habent: *keserg-eſz*, *könyörg-eſz*, *háborg-aſz*, *nyomorg-aſz*, *tsikorg-aſz*, *morg-aſz*, *forg-aſz*; *énekl-eſz*, *érdeml-eſz*, *vezérl-eſz*, *ingerl-eſz*, *gyakorl-aſz*, *torl-aſz*, *gyáſzl-aſz*, *gázl-aſz*; *söpr-eſz*, *tipr-aſz*, *gyötr-eſz*, *kotr-aſz*; *érz-eſz*, *ſzerz-eſz*, *arányz-aſz*, *kínz-aſz*; demum etiam *term-eſz*.

Dedimus secundas has personas vsu veteribus familiari. Habet Precum Liber MS. *tévelygeſz*, erras, diuagaris, a radice *tévelyeg*. Sic etiam Dicta MSS. S. Bernardi de Vita Religiosa: *tiſztábban éneklеſz*, purius cantas, a radice *énekel*. Est exemplum in Marosvásárhelyio: *A' mennyi ſzereteted vagyon felebarátodhoz, kiért könyörgeſz, annyi jót végy* (pag. 104.); Quantam charitatem habes erga proximum tuum, pro quo deprecaris, tantum bonum accipias. Item in Káldio: *Meg térvén tsodálatos képen gyötreſz engem* (Iob. X. 16.); Reuersus mirabiliter me crucias. Omitto alia.

Sed huiusmodi radicum forma vocaliore iam dudum vsu recepta, cum earum consonae postremae facile ferant asyllabum secundae personae formatiuum; tenet hodie in his et altera huius personae formatio: *kesereg-ſz*, *könyörögſz*, etc. *morog-ſz*, *forog-ſz*, etc. *énekel-ſz*, *érdemel-ſz*, *vezérel-ſz*, etc. Iis tamen, qui malunt priscorum vestigiis insistere, praeplacet horum formatio superior.

c) PERSONA PRIMA.

De eadem radice prima fit etiam prima sui temporis persona singularis, accedente ad ipsam

antiquo primae personae pronomine *ék;* cuius tamen vocalis producta hic perpetuo in breuem mutatur, eamque radicis vocalibus congruentem, *e*, vel *ö*, et *o*.

EXEMPLA.

Quare de radicibus iam assumtis, quibus hic additur *nyög*, gemit, *hül*, refrigeratur, deducuntur primae personae singulares: *ditsér-ek*, *takar-ok*, *nyög-ök*, *hül-ök*; *kér-et-ek*, *ad-at-ok*, *keres-tet-ek*, *talál-tat-ok*; *ad-hat-ok*, *kér-het-ek*, *ad-at-hat-ok*, *kér-et-het-ek*.

Verba actiua habent in hac prima persona singulari et secundae personae accusatiuum implexum, eumque numeri vtriusque: ex. gr. *ditsér-l-ek*, *takar-l-ak*, laudo-te-ego, tego-te-ego, laudo-vos-ego, tego-vos-ego; sic etiam factitiua, et potentialia: *kér-et-l-ek*, *ad-at-l-ak*, *keres-tet-l-ek*, *talál-tat-l-ak*; *ad-hat-l-ak*, *kér-het-lek*; *ad-at-hat-l-ak*, *kér-et-het-l-ek*.

Sed ad vitandum concursum duriorem, apertum, et occultum, exposcit hoc formatiuum vocalem connectem euphonicam: ex. gr. *mond-a-l-ak*, *küld-e-l-ek*, *támaszt-a-l-ak*, *ereszt-e-l-ek*, *tanít-a-l-ak*, *készít-e-l-ek*.

OBSERVATIO.

Verba, contractionis amica, eam resumunt cumprimis in formanda prima hac persona. Tantum aliqua de iis, quae *l* consona finiuntur, vtramque tenent rationem, melius tamen veterem. Exempla proinde superiora sic istam formant personam:

keserg-ek, *könyörg-ök*, *háborg-ok*, *nyomorg-ok*, *tsikorg-ok*, *morg-ok*, *forg-ok*; *söpr-ök*, *tipr-ok*, *gyötr-ök*, *kotr-ok*; *érz-ek*, *ſzerz-ek*, *arányz-ok*, *kínz-ok*; *térm-ek*. Sic et ista: *énekl-ek*, *érdeml-ek*, *vezérl-ek*, *ingerl-ek*, *gyakorl-ok*, *törl-ok*, *gyáſzl-ok*, *gázl-ok*. Quaedam tamen variant: *énekel-ek*, *érdemel-ek*; *torol ok*, *gyáſzol-ok*, *gázol-ok*, deducta a radicibus magis vocalibus.

Veterem rationem, quam dixi meliorem, probat Káldius, quem solum memoro: *Éneklek, és ditséretet mondok* (Psalm. CVII. 1.); Cantabo, et psallam in gloria. Praesens nostrum pro futuro. Hoc exemplum, licet vnicum de innumeris allatum, propter analogiam, abunde valet ad reliqua etiam.

Sed eadem prima persona, cum implexo secundae personae accusatiuo, accedit his verbis potissimum non contractis: ex. gr. *énekel-l-ek*, *gyáſzol-l-ak*, cano-te-ego, lugeo-te-ego, cano-vos-ego, lugeo-vos-ego; sic etiam *gyötör-l-ek*, *tipor-l-ak*, *ſzerez-l-ek*, *kínoz-lak*, et reliqua.

2) NVMERVS PLVRALIS.

a) PERSONA TERTIA.

Eadem radix prima dat et tertiam sui temporis personam pluralem, assumto affixo syllabico *nek*, vocali congruenier mutata *nak*; quod est de antiquo eiusdem personae pronomine plurali *önök* residuum, prima vocali absorpta.

EXEMPLA.

Priora proinde exempla nostra tertiam pluralem hanc personam sic habent: *ditsér-nek*, *takar-nak*; *kér-et-nek*, *ad-at-nak*, *keres-tet-nek*, *talál-*

tat-nak; ad-hat-nak, kér-het-nek, ad-at-hat-nak, kér-et-het-nek.

OBSERVATIONES.

(1) Sed hoc affixum resumit absorptam vocalem, eam etiam cum altera congruenter mutatam, *enek, anak;* cum id verbis iungitur, quae concursum habent consonantium, vt iam supra exposuimus, apertum, et occultum. Eadem itaque exempla, quae sunt eo loco adducta, ita et hanc formant personam: *mond-anak, küld-enek, bolyong-anak, kereng-enek, hall-anak, kell-enek, szánt-anak, önt-enek, támaszt anak, ereszt-enek; tanít-anak, készít-enek, boldogít-anak, keserít-enek.* Nonnullis tamen non videtur prorsus dura horum pronunciatio, vel absorpta priore affixi pronominis vocali, praesertim in his: *bolyong-nak, kereng-nek; tanít-nak, készít-nek,* etc.

(2) Verba, quae contractionem admittunt, veteri pronunciatione et ipsa duplici terminantur consona. Quare et ista, ad formandam secundam hanc personam, accipiunt affixum pronomen resumta vocali absorpta; licet et altera vigeat formandi ratio a radicibus magis vocalibus. Vetustorum sunt ista: *keserg-enek, könyörg-enek, háborg-anak, nyomorg-anak, tsikorg-anak, morg-anak, forg-anak; énekl-enek, érdeml-enek, vezérl-enek, ingerl-enek, gyakorl-anak, torl-anak, gyászl-anak, gázl-anak; söpr-enek, tipr-anak, gyötr-enek, kotr-anak; érz-enek, szerz-enek, arányz-anak, kínz-anak; term-enek.* Quae tamen a recentioribus sic

etiam dicuntur: *kesereg-nek*, *könyörög-nek*, etc. *morog-nak*, *forog-nak*, etc. *énekel-nek*, *érdemel-nek*, etc. *gyászol-nak*, *gázol-nak*, etc. *söpör-nek*, *tipor-nak*, etc. *érez-nek*, *szerez-nek*, etc. *terem-nek*.

b) PERSONA SECVNDA.

Ad formandam secundam personam pluralem accedit radicibus primis eiusdem personae pronomen, vocali congruenter mutata, *tek*, *tök*, *tok*, de integro affixo pronomine *etek* truncatum, prima vocali absorpta.

EXEMPLA.

Exempla iam nota sic abeunt in hanc personam: *ditsér-tek*, *takar-tok*, *nyög-tök*, *hül-tök*; *kér-et-tek*, *ad-at-tok*, *keres-tet-tek*, *talál-tat-tok*; *ad-hat-tok*, *kér-het-tek*, *ad-at-hat-tok*, *kér-et-het-tek*.

OBSERVATIONES.

(1) Si radices dentur cum consonantium concursu, quem iam diximus apertum, et occultum; euphonia et hic resumendam exigit absorptam affixi pronominis vocalem primigeniam, eam quoque cum altera pariter congrue mutatam, *etek*, *ötök*, *otok*. Repetimus exempla iam delecta: *mond-otok*, *küld-etek*, *bolyong-otok*, *kereng-etek*, *hall-otok*, *kell-etek*, *szánt-otok*, *önt-ötök*, *támaszt-otok*, *ereszt-etek*; *tanít-otok*, *készít-etek*, *boldogít-otok*, *keserít-etek*. Quaedam tamen habet vsus, etiam absorpta vocali priore, pronunciatione non prorsus dura: *bolyong-tok*, *kereng-tek*, *tanít-tok*, *készít-tek*, etc.

(2)

(2) Ea vero, quae contractionem admittunt, hanc quoque personam, vt paulo ante vidimus in tertia fieri, vtroque dant modo: *keserg-etek*, *könyörg-ötök*, etiam *kesereg-tek*, *könyörög-tök*, etc. *háborg-otok*, *nyomorg-otok*, etiam *háborog-tok*, *nyomyorog-tok*, etc. *söpr-ötök*, *tipr-otok*, etiam *söpör-tök*, *tipor-tok*, etc.

c) PERSONA PRIMA.

Radici primae adiectum affixum syllabicum *ünk*, vocali congruenter mutata *unk*, ipsum *énk*, contractum ex *emek*, primae pluralis personae pronomine in statu affixo, eandem format personam.

EXEMPLA.

Lubet exempla iam nota repetere: *ditsér-ünk*, *takar-unk*; *kér-et-ünk*, *ad-at-unk*, *keres-tet-ünk*, *talál-tat-unk*; *ad-hat-unk*, *kér-het-ünk*, *ad-at-hat-unk*, *kér-et-het-ünk*; *mond-unk*, *küld-ünk*, *tanít-unk*, *készít-ünk*.

OBSERVATIO.

Verba, contractionem amantia, hanc praecipue primam personam, in numero etiam plurali, formant a priscis radicibus, per contractionem olim magis familiarem duplici consona terminatis. Resumimus exempla: *keserg-ünk*, *könyörg-ünk*, *háborg-unk*, *nyomorg-unk*, *tsikorg-unk*, *morg-unk*, *forg-unk*; *söpr-ünk*, *tipr-unk*, *gyötr-ünk*, *kotr-unk*; *érz-ünk*, *szerz-ünk*, *arányz-unk*, *kínz-unk*; *term-ünk*. Sic et ista: *énekl-ünk*, *érdeml-ünk*, *vezérl-ünk*, *ingerl-ünk*, *gyakorl-unk*, *torl-unk*, *gyászl-unk*, *gázl-unk*. De his tamen ferunt quaedam et

alteram formationem magis vocalem: *énekel-ünk*, *érdemel-ünk*; *torol-unk*, *gyászol-unk*, *gázol-unk*.

Sed veterum rationem, et in his potiorem, satis docet exemplum Telegdii, propter analogiam ad alia etiam extensum: *Éneklünk is a' protzessióban* (Part. II. pag. 198.); Cantamus etiam in processione.

b. FORMA INDETERMINATA SECVNDA RADICE AVCTA.

1) NVMERVS SINGVLARIS.

a) PERSONA TERTIA.

Verba formae indeterminatae secundae tertiam singularem personam, iam in ipso praesenti tempore, modi indicatiui, auctam habent, vt saepe diximus, *ik* pronomine affixo.

Ingens est similium copia, quam ipse vsus fideliter suppeditat. Accedunt his etiam factitiua omnia, *et*, ac *tet*, formatiui accessione nata; dum ea ex actiuis passiua fiunt, nullo formatiuo alio, nisi solo *ik* pronomine assumto. Talia sunt insuper et potentialia, de vtrisque deducta.

Sed haec persona, licet in oratione ita vsurpanda sit, cum ista demonstratione aperta, nudatur tamen hoc suo augmento: vt, ad reliquas formationes, quae sunt isti formae conuenientes, et propriae, rite instituendas, habeatur prima radix vera. Ex. gr. *lép-ik*, graditur; *jelen-ik*, apparet; *rejtez-ik*, occulitur; *kérőd-ik*, ruminat; deinde *szok-ik*, suescit; *gyón-ik*, confitetur; *távoz-ik*,

secedit; *forgód-ik*, versatur; tum etiam factitiua passiua, *szül-et-ik*, *áld at-ik*, *ditsér-tet-ik*, *takar-tat-ik*; horum postea potentialia, *múl-hat-ik*, *szün-het-ik*, *ad-at-hat-ik*, *kér-et-het-ik*; alia demum radicibus primis duplici consona finitis, *háml-ik*, cortice exuitur, *fényl-ik*, splendet, *villáml ik*, fulgurat, *tündökl-ik*, radiat, fulget; sunt, in modo indicatiuo, temporis praesentis, rectae omnino tertiae personae singulares: quae, resecto *ik* pronomine affixo, dant primas radices nudatas pro omni reliqua formatione: *lép*, *jelen*, *rejtez*, *kérëd*; *szok*, *gyón*, *távoz*, *forgód*; *szül-et*, *áld-at*, *ditsér tet*, *takar-tat*; *múl-hat*, *szün-het*, *ad-at-hat*, *kér-et-het*, *háml*, *fényl*, *villáml*, *tündökl*.

Verba factitiua, terminatione, et significatione passiua, quidam hodie reiiciunt; quod ea ab actiuis putent non satis distingui posse. Alii, ea quidem retinent, sed peccant vitiosa eorum formatione. Respondemus vtrisque, loco magis opportuno, cumprimis in verborum deriuatione. Hic, sine ambagibus, praecise ea docemus; quae recta esse intime sumus persuasi.

b) PERSONA SECVNDA.

Antiquum pronomen *ál*, sua vocali mutata, non modo in congruam, sed etiam in breuem, est secundae singularis personae formatiuum, huic indeterminatae formae secundae adeo proprium: vt, per omnia tempora, et modos, id solum dominetur.

EXEMPLA.

Idem itaque, et his primis nudatis radicibus adiectum, dat secundas personas singulares, in tempore praesenti, *lép-el, jelen-el, rejtez-el, kéröd-öl; fzok-ol, gyón-ol, távoz-ol, forgód-ol; fzül-et-el, áld-at-ol, ditsér-tet-el, takar-tat-ol; múl-hat-ol, fzün-het-el, ad-at-hat-ol, kér-et-het-el; háml-ol, fényl-el, villáml-ol, tündökl-öl.*

c) PERSONA PRIMA.

Porro et pronomen *ém*, vocali congruenter mutata, etiam correpta, primae singularis personae formatiuum, in hac forma indeterminata secunda pariter regnat per omnia tempora, et modos.

EXEMPLA.

Quod, nudatis primis radicibus affixum, format et in hoc praesenti tempore primas personas singulares: *lép-em, jelen-em, rejtez-em, kéröd-öm; fzok-om, gyón-om, távoz-om, forgód-om; fzül-et-em, áld-at-om, ditsér-tet-em, takar-tat-om; múl-hat-om, fzün-het-em, ad-at-hat-om, kér-et-het-em; háml-om, fényl-em, villáml-om, tündökl-öm.*

Actiua tamen verba et huius formae indeterminatae secundae, si cum accusatiuo personae secundae construantur, accipiunt primae personae formatiuum concretum cum persona secunda, *l-ek, l-ak:* ex. gr. *meg-efz-l-ek, meg-ifz-l-ak, ki-fzop-l-ak*, praesens pro futuro, comedam-te-ego, ebibam-te-ego, exsugam-te-ègo. Sic in reliquis etiam temporibus modorum omnium, radices proximae, conuenienter formatae, simili constructione, eodem

augentur formatiuo, interiecta, vbi durior est concursus, etiam connectente vocali euphonica.

2) NVMERVS PLVRALIS.

Pluralium personarum formatio et in hac forma indeterminata secunda, datis iam primis radicibus nudatis, prorsus eadem est; quam satis exposuimus in forma indeterminata prima. Vt proinde opus non sit huius numeri personas, eadem quasi crambe recocta, et hic singillatim repetere.

c. FORMA DETERMINATA.

Vtriusque formae indeterminatae, primae nempe, et secuudae, actiua quidem verba omnia, et quaedam insuper neutra, praesertim composita, actiue constructa, assumunt formam determinatam: quotiescunque constructio determinata est, accusatiuó directe demonstrato.

Prima vero radix, formationum principium, et hic adesse debet: quam verba formae indeterminatae primae vltro nudam praebent; altera autem formae indeterminatae secundae eam, resecto *ik* pronomine affixo, nudari patiuntur.

Haec porro forma determinata, vt iam alibi satis indicauimus, in numero quidem singulari, per omnia tempora, et modos, ad formandas personas, eadem accipit pronomina affixa: quae nominibus adnectuntur, ad indicandam horum ad personas relationem.

1) NVMERVS SINGVLARIS.

a) PERSONA TERTIA.

Ad formandam tertiam personam singularem, primae radici nudae, et nudatae, adiicitur pronomen inseparabile purum, vel cum halitu, *é*, *jé*, ipsum nempe *ö*, *jö*; quod, in praesenti hoc tempore, et in futuro exacto, eandem subit mutationem: Si id radici affigitur, tenuem vocalem sonanti, pronomen purum migrat in *i* breue; si vero radix crassam habet vocalem, pronomen assumitur cum halitu, eius vocali in *a* mutata, *ja*.

EXEMPLA.

Primae itaque radices actiuorum simplicium, *ditsér*, *takar*, factitiuorum, seu mandatiuorum, *kér-et*, *ad-at*, *keres-tet*, *talál-tat*; potentialium, *ad-hat*, *kér-het*, *ad-at-hat*, *kér-et-het*; neutrorum actiue constructorum, *által-kél*, traiicit; *bé-jár*, perambulat; radices nudatae actiuorum, *tseleked*, agit, operatur; *gyón*, confitetur; neutrorum actiue constructorum, *által-lép*, *meg-ſzok*; aliae actiuorum duplici consona terminatae, *mond*, *küld*, *tanít*, *készít*; sic dant tertiam hanc personam: *ditsér-i*, *takar-ja*; *kér-et-i*, *ad-at-ja*, *keres-tet-i*, *talál-tat-ja*; *ad-hat-ja*, *kér-het-i*, *ad-at-hat-ja*, *kér-et-het-i*; *által-kel-i*, *bé-járja*; *tseleked-i*, *gyón-ja*, *által-lép-i*, *meg-ſzok-ja*; *mond-ja*, *küld-i*, *tanít-ja*, *készít-i*.

OBSERVATIONES.

(1) Pronomen *é* etiam nominibus affixum in *i* mutari docent non pauca veterum exempla; de

quibus nonnulla iam adducta sunt in affixione pronominum ad nomina: *kegyelem szék-i*, sedes gratiae; *fegyver éli*, acies gladii; *kenyérnek szük-i*, caritas panis. Idem fit ergo et in verbis, mollium certe vocalium. Sed Baranyenses, horum commercio pariter Szegedinenses, habent hoc *i* in verbis vocalium etiam crassarum: ex. gr. *mond-i*, *ad-i*, *vág-i*, de vsu certe primigenio, *mond-ö*, *ád-ö*, *vág-ö*; quae postea ita inualuerunt, *mond-ja*, *ad-ja*, *vág-ja*. Sic auditur et prouerbium: *a' ki bíri*, *a' mari*; qui praeualet, ille mordet; quod nos ita dicimus, *a' ki bírja*, *a' marja*.

(2) Pronomen *ja*, cum halitu, adnexum radicibus, quae consonis terminantur sibilantibus, *s*, *sz*, *z*, halitum suum *j* hodie quidem his assimilat, euphoniae gratia. Ex. gr. radices primae *olvas*, legit; *halász*, piscatur; *ostoroz*, flagellat; affixum pronomen cum halitu, quod hic poscunt vocales crassae, non accipiunt seruato halitu, *olvas-ja*, *vadász-ja*, *ostoroz-ja*; sed eo his sibilis accommodato, *olvas-sa*, *vadasz-sza*, *ostoroz-za*.

Veterum nihilominus exempla halitum *j* et hoc concursu integrum exhibent, euphonica ratione nondum ita late extensa. Habet Tinodius inter alia et haec: *Az Isten népét szidalmaz-ja* (f. 2.); Dei populo obtrectat: *Öket megajándékoz-ja* (R. 1.); Eos munere donat. Recurrunt talia in Dictis MSS. S. Bernardi: *Magát megoltalmaz-ja*; Semet defendit. Deinde in Codice MS. Transl. Bibl. *A' három királyokat megaláz-ja* (Dan. VII. 24.): Tres reges humiliabit.

(3) Verba contractioni amica, tenuium praesertim vocalium, et hic a prisca potius radice suas deducunt formationes: *keserg-i*, *söpr-i*, *gyötr-i*, *érz-i*, etc. Sed *énekl-i* auditur etiam vocalius, *énekel-i*. Occurrunt sic contractae radices et durarum vocalium: *gázl-ja*, *torl-ja*, *gyakorl-ja*, etc. vsitatiora sunt tamen hodie, *gázol-ja*, *torol-ja*, *gyakorol-ja*, etc.

b) PERSONA SECVNDA.

Iam secunda persona singularis fit adiectione prenominis *ed*, cum congrua vocalis mutatione, ad radices nudas, et nudatas.

EXEMPLA.

Resumimus exempla delecta: *ditsér-ed*, *takar-od*; *kér-et-ed*, *ad-at-od*, *kéres-tet-ed*, *talál-tat-od*; *ad-hat-od*, *kér-het-ed*, *ad-at-hat-od*, *kér-et-het-ed*; *által-kel-ed*, *bé-jár-od*; *tseleked-ed*, *gyón-od*; *által-lép-ed*, *meg-ſzok-od*; *mond-od*, *küld-öd*, *tanit-od*, *kéſzit-ed*.

OBSERVATIO.

Verba, quae contractionem admittunt, hanc personam deducunt a radice vetusta, in vtraque vocalium classe: *vezérl-ed*, *ingerl-ed*, *torl-od*, *gyakorl-od*; *söpr-öd*, *tipr-od*; *gyötr-öd*, *kotr-od*; *érz-ed*, *arányz-od*, etc. Quaedam audiuntur tamen et vocalius: *énekel-ed*, *érdemel-ed*, etc.

c) PERSONA PRIMA.

Sic et prima persona singularis formatur adiecto ad radices nudas, et nudatas, pronomine *ém*, vocali correpta, et congruenter mutata.

EXEMPLA.

Repetimus eadem exempla nostra: *ditsér-em*, *takar-om*; *kér-et-em*, *ad-at-om*, *keres-tet-em*, *ta-lál-tat-om*; *ad-hat-om*, *kér-het-em*, *ad-at-hat-om*, *kér-et-het-em*; *áltál-kel-em*, *bé-jár-om*; *tseleked-em*, *gyón-om*; *áltál-lép-em*, *meg-szok-om*, *mond-om*, *küld-öm*, *tanít-om*, *készít-em*.

OBSERVATIO.

Verba, contractionem amantia, et hanc personam a vetusta formant radice: *vezérl-em*, *ingerl-em*, *torl-om*, *gyakorl-om*; *söpr-öm*, *tipr-om*; *gyötr-öm*, *kotr-om*, *érz-em*, *arányz-om*, etc. Nonnulla tamen et hic vocalius dicuntur: *énekel-em*, *érdemel-em*, etc.

2) NVMERVS PLVRALIS.

Ad formandas plurales formae determinatae personas, in praesenti hoc tempore, item in praeterito secundo, futuro exacto, et in modo imperatiuo, opus est radicibus proximioribus; quas praebent tertiae itidem personae singulares iam determinatae.

a) PERSONA TERTIA.

Et tertias quidem personas plurales dant proximiores hae radices accepto eiusdem personae affixo pronomine plurali *ék*, seu ipso *ők*; sed cuius vocalem radicum vocales absorbent; quarum altera, crassa scilicet, hac concretione etiam producitur.

EXEMPLA.

Prima certe rudis harum formatio ista fuit: *ditsér-i-ök*, *kér-et-i-ök*, etc. *takar-ja-ők*, *ad-at-ja-*

(3) Verba contractioni amica, tenuium praesertim vocalium, et hic a prisca potius radice suas deducunt formationes: *keserg-i*, *söpr-i*, *gyötr-i*, *érz-i*, etc. Sed *énekl-i* auditur etiam vocalius, *énekel-i*. Occurrunt sic contractae radices et durarum vocalium: *gázl-ja*, *torl-ja*, *gyakorl-ja*, etc. vsitatiora sunt tamen hodie, *gázol-ja*, *torol-ja*, *gyakorol-ja*, etc.

b) PERSONA SECVNDA.

Iam secunda persona singularis fit adiectione prenominis *ed*, cum congrua vocalis mutatione, ad radices nudas, et nudatas.

EXEMPLA.

Resumimus exempla delecta: *ditsér-ed*, *takar-od*; *kér-et-ed*, *ad-at-od*, *kéres-tet-ed*, *talál-tat-od*; *ad-hat-od*, *kér-het-ed*, *ad-at-hat-od*, *kér-et-het-ed*; *által-kel-ed*, *bé-jár-od*; *tseleked-ed*, *gyón-od*; *által-lép-ed*, *meg-szok-od*; *mond-od*, *küld-öd*, *tanit-od*, *készít-ed*.

OBSERVATIO.

Verba, quae contractionem admittunt, hanc personam deducunt a radice vetusta, in vtraque vocalium classe: *vezérl-ed*, *ingerl-ed*, *torl-od*, *gyakorl-od*; *söpr-öd*, *tipr-od*; *gyötr-öd*, *kötr-od*; *érz-ed*, *arányz-od*, etc. Quaedam audiuntur tamen et vocalius: *énekel-ed*, *érdemel-ed*, etc.

c) PERSONA PRIMA.

Sic et prima persona singularis formatur adiecto ad radices nudas, et nudatas, pronomine *ém*, vocali correpta, et congruenter mutata.

EXEMPLA.

Repetimus eadem exempla nostra: *ditsér-em*, *takar-om*; *kér-et-em*, *ad-at-om*, *keres-tet-em*, *ta-lál-tat-om*; *ad-hat-om*, *kér-het-em*, *ad-at-hat-om*, *kér-et-het-em*; *áltał-kel-em*, *bé-jár-om*; *tseleked-em*, *gyón-om*; *áltał-lép-em*, *meg-ſzok-om*, *mond-om*, *küld-öm*, *tanít-om*, *kéſzít-em*.

OBSERVATIO.

Verba, contractionem amantia, et hanc personam a vetusta formant radice: *vezérl-em*, *ingerl-em*, *torl-om*, *gyakorl-om*; *söpr-öm*, *tipr-om*; *gyötr-öm*, *kotr-om*, *érz-em*, *arányz-om*, etc. Nonnulla tamen et hic vocalius dicuntur: *énekel-em*, *érde-mel-em*, etc.

2) NVMERVS PLVRALIS.

Ad formandas plurales formae determinatae personas, in praesenti hoc tempore, item in praeterito secundo, futuro exacto, et in modo imperatiuo, opus est radicibus proximioribus; quas praebent tertiae itidem personae singulares iam determinatae.

a) PERSONA TERTIA.

Et tertias quidem personas plurales dant proximiores hae radices accepto eiusdem personae affixo pronomine plurali *ék*, seu ipso *ők*; sed cuius vocalem radicum vocales absorbent; quarum altera, crassa scilicet, hac concretione etiam producitur.

EXEMPLA.

Prima certe rudis harum formatio ista fuit: *ditsér-i-ök*, *kér-et-i-ök*, etc. *takar-ja-ők*, *ad-at-ja-*

ők, etc. Sed eam, aliquantulo hiulcam, vocalium concretio, prioris tamen sono praeualente, iam euphonicam reddidit: *ditsér-i-k*, *kér-et-i-k*, *keres-tet-i-k*, *kér-het-i-k*, *kér-et-het-i-k*, *által-kel-i-k*, *tseleked-i-k*, *által-lép-i-k*; *takar-já-k*, *ad-at-já-k*, *talál-tat-já-k*, *ad-hat-já-k*, *ad-at-hat-já-k*, *bé-jár-já-k*, *gyón-já-k*, *meg-ſzok-já-k*; *mond-já-k*, *küld-i-k*, *tanít-já-k*, *kéſzít-i-k*.

OBSERVATIONES.

(1) Singularis affixi pronominis halitus, sibilantibus consonis assimilatus in radicibus proximis, et hac ergo formatione, a proximis istis radicibus facta, retinetur: *olvas-sá-k*, *vadáſz-ſzá-k*, *ostoroz-zá-k*.

Sed veterum vsu mansit hic halitus sono proprio. Est huius exemplum in Codice MS. Transl. Bibl. *A' papok elorozják az aranyat* (Baruch VI. 9.); Sacerdotes suffurantur aurum.

(2) Pariter et verba contracta proximas radices contractas retinent in hac persona: *keserg-i-k*, *söpr-i-k*, *gyötr-i-k*, *érz-i-k*, etc. *gázl-já-k*, *torl-já-k*, *gyakorl-já-k*, etc. sed haec altera praeplacent vocaliora.

b) PERSONA SECVNDA.

Similiter et secundae personae plurales ab iisdem radicibus proximioribus formantur, adiecto huius personae affixo pronomine plurali *etek*, vocalibus congruenter mutatis, sed prima absorpta, et radicum vocali crassa itidem producta.

EXEMPLA.

Sic de prima rudi harum combinatione, *ditsér-i-etek*, *kér-et-i-etek*, etc. *takar-ja-atok*, *ad-at-ja-atok*, etc. concretis vocalibus natae sunt formae posteriores soni suauioris: *ditsér-i-tek*, *kér-et-i-tek*, *keres-tet-i-tek*, *kér-het-i-tek*, *kér-et-het-i-tek*, *áltál-kel-i-tek*, *tseleked-i-tek*, *áltál-lép-i-tek*; *takar-já-tok*, *ad-at-já-tok*, *talál-tat-já-tok*, *ad-hat-já-tok*, *ad-at-hat-já-tok*, *bé-jár-já-tok*, *gyón-já-tok*, *meg-ſzok-já-tok*; *mond-já-tok*, *küld-i-tek*, *tanít-já-tok*, *kéſzít-i-tek*.

OBSERVATIONES.

(1) Quare halitum, in proximis his radicibus, euphoniae gratia, sibilantibus consonis assimilatum, et haec formatio retinet: *olvas-sá-tok*, *vadáſz-ſzá-tok*, *ostoroz-zá-tok*. Vsus vetustus non tamen abhorruit ab affixi halitu proprio: *eloroz-játok*, suffuramini.

(2) Radices porro contractae et hic eaedem manent: *keserg-i-tek*, *söpr-i-tek*, *gyötr-i-tek*, *érz-i-tek*, etc. *gázl-já-tok*, *torl-já-tok*, *gyakorl-já-tok*, etc. nisi quod haec altera frequentiora sint a radicibus vocalioribus.

c) PERSONA PRIMA.

Primas personas plurales dant pariter eaedem radices proximiores, assumto eiusdem personae affixo pronomine plurali *ük*, vocali congruenter mutata *uk*; sed cuius vocalis radicum vocalem tenuem *i* cogit abire in consonam *j*, alteram vero crassam absorbet, quin producatur propterea.

EXEMPLA.

De prima proinde rudi formatione, *ditsér-i-ük*, *kér-et-i-ük*, etc. *takar-ja-uk*, *ad-at-ja-uk*, etc. *i* vocali in consonam *j* abeunte, hae sunt personae alterae ad euphoniam exactae: *ditsér-j-ük*, *kér-et-j-ük*, *keres-tet-j-ük*, *kér-het-j-ük*, *kér-et-het-j-ük*, *által-kel-j-ük*, *tseleked-j-ük*, *altál-lép-j-ük*; istae vero alterae *a* vocali per posteriorem absorpta: *takar-j-uk*, *ad-at-j-uk*, *talál-tat-j-uk*, *ad-hat-j-uk*, *ad-at-hat-j-uk*, *bé-jár-j-uk*, *gyón-j-uk*, *meg-ſzok-j-uk*; sic etiam *mond-j-uk*, *küld-j-ük*, *tanít-j-uk*, *kéſzít-j-ük*.

OBSERVATIONES.

(1) Manet ergo et hic affixi pronominis halitus, sibilis assimilatus, in radicibus vocalium crassarum: *olvas-s-uk*, *vadáſz-ſz-uk*, *ostoroz-z-uk*. At in radicibus vocalium tenuium vocalis *i*, orta de singulari pronomine *ő*, secus in consonam *j* mutabilis, accedente *ük* pronomine plurali a vocali inchoante, pro halituum natura, quam hic induit, sibilis assimilatur: ex. gr. *vés-i*, caelat, sculpit; *veſz-i*, accipit, emit; *néz-i*, spectat, intuetur; primam hanc personam pluralem sic habent: *vés-s-ük*, *veſz-ſz-ük*, *néz-z-ük*.

Sed vsus vetustus, vt in illis prioribus, ita et in his posterioribus, halitum sono proprio retinuit: *elorozjuk*, suffuramur, etc. deinde *vés-j-ük*, *veſz-j-ük*, *néz-j-ük*. Occurrit certe exemplum huiusmodi in Dictis MSS. S. Bernardi: *mí azt gonoſzra veſzjük*, nos id in malam partem accipimus.

(2) In verbis, quae sunt contractioni obnoxia, consonantium concursum, in hac quidem persona plurali, vsus, praesertim hodiernus, plerumque vitat, resumtis radicibus magis vocalibus, iis etiam, quae in consonas desinunt sibilantes: *keser-reg-j-ük*, *vezérel-j-ük*, *gyakorol-j-uk*, *söpör-j-ük*, *gyötör-j-ük*, *érez-z-ük*, *arányoz-z-uk*, etc. Fert tamen in nonnullis, praesertim *l*, et *z*, consona terminatis: *vezérl-j-ük*, *gyakorl-j-uk*, *érz-z-ük*, *arányz-z-uk*; et haec posteriora vulgo remissius efferuntur, simplici *z*, et vitio eodem sic etiam scribuntur, *érz-ük*, *arányz-uk*.

2. TEMPVS PRAETERITVM PRIMVM, VVLGO IMPERFECTVM.

a. FORMA INDETERMINATA PRIMA RADICE NVDA.

1) NVMERVS SINGVLARIS.

a) PERSONA TERTIA.

Tempus praeteritum perfectum primum, quod alii, imperfectum, et historicum vocant, formatur de prima radice nuda, adiecta illi huius temporis formatiua nota characteristica, vocali *a* breui, et obscura, vel *e* congruenter mutata, aeque breui, et obscura: quae superest de primigenio verbo substantiuo *va*, cum praeteriti temporis notione, *fuit*, *exstitit*, halitu obscuro *v* iam dudum neglecto.

Verba itaque nostra, nudis radicibus, huius omnino formae indeterminatae primae, accepto hoc formatiuo, sic sunt in tempore praeterito primo:

takar-a, ad-at-a, talál-tat-a, ad-hat-a, ad-at-hat-a; ditsér-e, kér-et-e, keres-tet-e, kér-het-e, kér-et-het-e; mond-a, küld-e, tanít-a, készít-e.

Horum notio est absoluta, ad nullam adhuc personam expresse relata: primigenia significatione, *takar-a*, tegendi actio, quae fuit; *ditsér-e*, laudandi actio, quae fuit; genuine, vt ita exprimam, *tectio fuita*, *laudatio fuita*. Sed iam vsu valent ista tertias personas singulares minus demonstratas, *texit*, *laudauit*.

Nullo affixo pronomine aucta, ad tertiam personam singularem aperte indicandam, praebent et haec nudas adhuc radices, easdem et proximas, ad formandas huius temporis personas reliquas.

OBSERVATIONES.

(1) Verba, quae contractionem admittunt, huius temporis notam adiiciendam poscunt radicibus contractis: *keserg-e, könyörg-e, haborg-a, nyomorg-a, söpr-e, tipr-a, gyötr-e, kotr-a, érz-e, kinz-a, term-e;* etiam *énekle, érdeml-e, gyakorl-a, torl-a.*

(2) Huius notae characteristicae origo, deducta de primigenio verbo substantiuo *va*, iam indicata est inter notas characteristicas temporum. Sed hic eam dabimus clarius euolutam, factis obseruationibus in linguis affinibus.

Insignis data est a Vatero explanatio praeformatiui ו (*vai*), in fusiore Grammatica Hebraea (Part. II. Sect. III. Cap. IV. §. 475, et seqq.). Non probat ille, quod vulgo a Grammaticis dicitur, ו (*vai*) esse *vau conuersiuum futuri*, id est, futurum per hoc conuerti

in praeteritum, seu formam futuri accipere significationem praeteriti. Docet formas, quae huius praeformatiui accessione fiunt, esse singulares, et proprias temporis praeteriti historici: ex. gr. וַיִּקְטֹל (*vajiktol*), occidit; וַיִּשָּׁבֵר (*vaischâber*), fractus est. Hoc וַ (*vai*) esse de substantiuo verbo הֲוַי (*hâvaj*), ה (*he*) consona cum eius vocali neglecta, quam nec Syri semper exprimunt. Porro י (*jod*) in his formis per dagesch expressum, seu geminatum, esse simplicioris huius verbi literam finalem, et notam personae tertiae. Demum et analogum notat vsum apud Arabes: quo huiusmodi formae, genuine reddendae, exprimant et huius praeformatiui significationem, vna cum radicum significationibus, mea quidem sententia, substantiuorum valore: *fuit ille occisio, fuit ille fractio*, pro his, *occidit, fractus est*.

Ex lingua primigenia venit ergo ad nos etiam, eodem vsu communi, hoc וַ (*va*), forma simplicissima, absorpta י (*jod*) litera, vel nondum assumta, vt Neumannus euoluit semen primum וַה (*va*); sed more nostro ad finem est affixum; quod postea et obscurum halitum *v* in ipso quidem hoc tempore amisit, non tamen in participio eiusdem temporis, *takar-va, ditsér-ve*.; de quo plura dicentur loco suo.

Si quid ego recte video, est certe apud Lappones etiam, Fennos, et Esthones, huius temporis formatiuum *i* de eodem וַי (*vai*): neglecto scilicet ו (*vau*) halitu obscuro, vti apud nos factum est, et socia litera י (*jod*) in vocalem abeunte; prorsus eodem et illis valore, ad dandam praeteriti temporis notionem pariter accommodo, *fuit, exstitit*.

A Ganandro quidem Lapponum *perfectum primum* sic datur de verbo substantiuo *lä*, est: *lei, leic, leim*, fuit, fuisti, fui. Sic de aliis, ex. gr. *jaacka*, credit: *jaacki, jaackic, jaackim*, credidit, credidisti, credidi;

sic de huius factitiuo, *jaackehta*, credere facit: *jaackehti*, *jaackehtic*, *jaackehtim*, credere fecit, credere fecisti, credere feci.

Similiter est et Fennorum *praeteritum primum* apud Vhaëlium de verbo substantiuo: *oli*, *olit*, *olim*, fuit, fuisti, fui. Sic de aliis: ex. gr. *racasta*, amat; *cuole*, moritur; *sano*, dicit: *racasti*, *racastit*, *racastin*, amauit, amauisti, amaui; *cuoli*, *cuolit*, *cuolin*, mortuus fuit, mortuus fuisti, mortuus fui; *sanoi*, *sanoit*, *sanoin*, dixit, dixisti, dixi.

Esthones quoque suum hoc tempus, sed quod Hupelius *imperfectum* vocat, in multis verbis ita formant: *olli*, *ollit*, *ollin*, fuit, fuisti, fui; *sai*, *said*, *sain*, de radice *sa*, factus fuit, factus fuisti, factus fui; *löi*, *löit*, *löin*, de radice *lö*, percussit, percussisti, percussi. In quibus aliud est formatiuum, *as*, *us*, *is*, vocali congruenter mutata, id aeque significans est, de vocula *äs*, quae porro increuit, *äsja*, *äsjane*, vergangen, verwichen, *praeteritum*, *elapsum*: et accommoda hac significatione, more nobiscum et illis communi, vt postea vberius videbimus, huic vsui destinatum, ad formandum tempus omnino praeteritum: ex. gr. *walmist-as*, *walmist-as-id*, *walmist-as-in*, de radice *walmista*, parauit, parauisti, paraui. Est haec vocula etiam Lapponibus communis, sed cum halitu obscuro, eadem omnino significatione, ad probandam assertionem nostram: *waas-am*, praetereo, ablato primae personae pronomine *am*, radix pura *waas*, praeterit.

Hanc formam, huius substantiui verbi simplicissimam, sola *i* vocali expressam, obseruo superesse et in Turcico verbo defectiuo *im*, quod valet primam personam, *sum*. Coaluit haec ex *i*, et primae personae affixo pronomine *em*: *i-em*, concretis deinde vocalibus *i-m*. Affixum autem pronomen *em*, etiam cum Turcis nobis commune, iam vidimus in affixione pronominum ad

ad possessionem. Pariter viget idem et in verbis ad formandam primam personam singularem. Confirmat hanc meam obseruationem etiam praeteriti temporis euolutio, *i-misch-em*, fui. A fine ordior retrograde procedens. Est in hac forma *em* affixum pronomen *ego*; *misch* vero praeteriti formatiuum, etiam Lapponibus familiare, de quo plura dicemus postea, vox Arabicae originis, *praeteritum* significans; quod restat, solum nempe *i*, radix esse debet simplicissima verbi substantiui. Huius enim significatio huc reiicitur, nominis valore *ens*. Et forma *i-misch-em*, composita afformantium accessionibus, circumscriptione, quam continet, genuine expressa, hunc facit sensum, *ens-praeteritum-ego*, id est, *fui*.

(3) Indicaui hoc praeteritum tempus vulgo *imperfectum* vocari, a nonnullis vero etiam *historicum*, quod in narrationibus frequentius adhiberi soleat. Ego id rectius dici puto *tempus praeteritum primum*, ad differentiam ab altero, idque pariter, atque hoc alterum, reuera *perfectum*. Significationem quidem hanc habet vsu omnium: quod cumprimis docent translationes, ex linguis aliis in nostram, vel ex nostra in alias factae. Eandem dat clarissime etiam formationis vis intima. Quod aptius imperfectum nominamus, adest tempus auxiliatum, compositum ex praesenti tempore verbi per personas inflexi, et adiecto illi praeterito verbi substantiui, sed modo impersonali: *ditsér vala*, *ditsérfz vala*, *ditsérek vala*, etc. *takar vala*, *takarfz vala*, *takarok vala*, etc. Et haec forma composita videtur imperfecti notionem, quam dedimus in temporum explanatione, verius exprimere.

Mouit me praeterea, et Ganandri, et Vhaëlii auctoritas. Nam et hi in linguis suis, Lapponica, et Fennica, certe genuinam huius temporis significationem spectantes, quam et nostrum habet, eodem, vt vidi-

Tt

mus, formatiuo natum, id aeque *praeteritum* vocant, et *perfectum* quidem, discriminis caussa *primum*: quod adsit et in his linguis pariter, ac in nostra, *alterum praeteritum perfectum*, formatum voculae accessione, significationis eiusdem, accommodae ad excitandam parem praeteriti notionem.

Confirmarunt porro me et domestica exempla duorum Grammaticorum: quos ego multis aliis iure praefero. Alter horum aetate remotior, Albertus Molnár, sic prorsus, vt ego facio, hoc tempus praeteritum vocat *perfectum primum*, aliud vero *perfectum secundum*. Alter integro seculo posterior, Paulus Pereſzlényius, idem tempus pariter, atque aliud, *praeteritum perfectum* nominat: sed ordine inuerso hoc *secundum* ponit, tanto maiore cum indicio significationis perfecte praeteritae; illud autem, quod nobis secundum est, *primum* statuit.

b) PERSONA SECVNDA.

His radicibus iam proximis, ad formandam secundam huius temporis personam singularem, accedit antiquum eiusdem personae pronomen *ál*, vocali sese accommodante, et cum priore in vnam longam coalescente.

EXEMPLA.

Sic de prima rudi formatione, *takar-a-ál*, etc. *ditsér-e-él*, etc. factae sunt hodiernae personae euphonicae: *takar-á-l*, *ad-at-á-l*, *talál-tat-á-l*, *ad-hat-á-l*, *ad-at-hat-á-l*; *ditsér-é-l*, *kér-et-é-l*, *kerestet-é-l*, *kér-het-é-l*, *kér-et-het-é-l*; *mond-á-l*, *küld-é-l*, *tanít-á-l*, *késźít-é-l*.

OBSERVATIO.

Radices proximae, de verbis contractis apparatae, sic prorsus increscunt eodem affixo pronomine: *háborg-a-ál*, etc. *keserg-e-él*, etc. *háborg-á-l*, *keserg-é-l*, *nyomorg-á-l*, *könyörg-é-l*, *tipr-á-l*, *söpr-é-l*, *kotr-á-l*, *gyötr-é-l*, *kinz-á-l*, *érz-é-l*, *term-é-l*; etiam *gyakorl-á-l*, *torl-á-l*, *énekl-é-l*, *érdeml-é-l*.

c) PERSONA PRIMA.

Iisdem porro proximis radicibus, ad formandam primam huius temporis personam singularem, additur antiquum eiusdem personae pronomen *ék*; sed cuius vocalis, cum priore coalescens, praeualet producto sono proprio, post vocales etiam crassas.

EXEMPLA.

Prima proinde rudis formatio, *takar-a-ék*, etc. *ditser-e-ék*, etc. iam cum sinaeresi, has dedit personas suauius sonantes: *takar-é-k*, *ad-at-é-k*; *talál-tat-ék*, *ad-hat-é-k*, *ad-at-hat-é-k*; *ditsér-é-k*, *kér-et-é-k*, *keres-tet-é-k*, *kér-het-é-k*, *kér-et-het-é-k*; *mond-é-k*, *küld-é-k*, *tanít-é-k*, *készít-é-k*.

Verba actiua hanc primam personam singularem, cum implexo secundae personae accusatiuo, vltro dant, integra, et tantum producta radicum vocali formatiua: *takar-á-l-ak*, *ad-at-á-l-ak*, *ta-lál-tat-á-l-ak*, *ad-hat-á-l-ak*, *ad-at-hat-á-l-ak*; *di-tsér-é-l-ek*, *kér-et-é-l-ek*, *keres-tet-é-l-ek*, *kér-het-é-l-ek*, *kér-et-hèt-é-l-ek*; *mond-á-l-ak*, *küld-e-l-ek*; *tanít-á-l-ak*, *készít-é-l-ek*.

OBSERVATIO.

Similiter auctae sunt eodem affixo pronomine radices proximae de verbis contractis: *háborg-a-ék*, etc. *keserg-e-ék*, etc. *háborg-é-k*, *keserg-é-k*, *nyomorg-é-k*, *könyörg-é-k*, *tipr-é-k*, *söpr-é-k*, *kotr-é-k*, *gyötr-é-k*, *kínz-é-k*, *érz-é-k*, *term-é-k*; etiam *gyakorl-é-k*, *torl-é-k*; *énekl-é-k*, *érdeml-é-k*.

Ab his formatur et altera singularis prima persona, cum implexo secundae personae accusatiuo, integra itidem, et solum producta earum vocali formatiua: *tipr-á-l-ak*, *gyötr-é-l-ek*, etc.

2) NVMERVS PLVRALIS.

a) PERSONA TERTIA.

Seruiunt et plurali numero eaedem radices proximae. Adnectitur ipsis, ad formandam tertiam huius temporis personam pluralem, affixum pronomen plurale personae eiusdem, *önök*, vocalibus congruenter mutatis *enek*, *anak*; sed quarum prior coalescit cum radicum vocali formatiua, eamque, antea breuem iam producit.

EXEMPLA.

Rudis itaque huius personae formatio prima, *takar-a-önök*, *takar-a-anak*, etc. *ditsér-e-önök*, *ditsér-e-enek*, etc. concretis vocalibus ita abiit in suauiorem: *takar-á-nak*, *ad-at-á-nak*, *talál-tat-á-nak*, *ad-hat-á-nak*, *ad-at-hat-ának*; *ditsér-é-nek*, *kér-et-é-nek*, *keres-tet-é-nek*, *kér-het-é-nek*, *kér-et-het-é-nek*; *mond-á-nak*, *küld-é-nek*, *tanít-á-nak*, *készít-é-nek*.

OBSERVATIO.

Prorsus eadem est formatio de iisdem proximis radicibus verborum contractorum: *háborg-a-önök*, *háborg-a-anak*, etc. *keserg-e-önök*, *keserg-e-enek*, etc. *háborg-á-nak*, *keserg-é-nek*, *nyomorg-á-nak*, *könyörg-é-nek*, *tipr-á-nak*, *söpr-é-nek*, *kotr-á-nak*, *gyötr-é-nek*, *kínz-á-nak*, *érz-é-nek*, *term-é-nek*; etiam *gyakorl-á-nak*, *torl-á-nak*, *énekl-é-nek*, *érdeml-é-nek*.

b) PERSONA SECVNDA.

Simillima est ratio formandi et secundam huius temporis personam pluralem. Eaedem radices proximae accipiunt affixum pronomen plurale personae eiusdem *etek*, vocalibus congruenter mutatis *atok*; cuius vocalis prior aeque concrescit cum radicum vocali formatiua, eamque antea correptam iam protrahit.

EXEMPLA.

Sed viguit eadem aetate, et multo antea, vsu promiscuo, forma etiam contracta; quae hodie, priore penitus exoleta, sola nota est. Formae scilicet primigeniae vocales continuae iam assimilatae, nullo intermedio halitu separatae, sponte sua sensim in vnam coaluerunt, et sono producto valorem duarum compensant. Sicuti supra vidimus etiam praeteriti primi formae determinatae singularem personam tertiam, in antiquissima Allocutione Funebri, sine halitu, *tilt-á-a*, *mond-á-a*, et alia eiusdem personae exempla, resuscitato pronominis halitu, *feled-é-ve*, *terömt-é-ve*, *vet-é-ve*, pro his *feled-é-je*, *terömt-é-je*, *vet-é-je*, sed et haec neglecto halitu certe *feled-é-e*, *terömt-é-e*, *vet-é-e*, non potuisse aliter contrahi, vt hodie sunt in vsu, et dudum satis; quam prona vtique vicinarum vocalium concretione pedetentim inualescente.

Huius imperfecti temporis tertiae singularis personae formatio, in hac forma indeterminata secunda, tam euidens, et rudi principio suo, *e-né-ik*, et euphonica moderatione prolixioris, et contractae formae, *e-né-j-ek*, *e-né-ek*, *e-né-k*, per analogiam, quae intercedit exactissima, vltro easdem ostendit formationis leges et in praeteriti primi tertia persona singulari. Ideo eas fidenter ita illic exposui; licet in tota antiquitate, quam quidem ego repetere potui, nullum in-

uénerim exemplum formae prolixioris. Adeo mature inualuit contractio; vt ea vel in antiquissima Allocutione Funebri iam adsit, *evék*, *haraguvék*, comedit, iratus est; clarissima similitudine formae alterius *e-né-ik*, antea certe et haec prolixior, ac rudior, *e-vé-ik*, *harag-u-vá ik*, *harag-u-vé ik*; deinde suauior etiam, succedente euphoniae cura, *e-vé-j-ek*, *harag-u-vé-j-ek*.

b) PERSONA SECVNDA.

Eaedem radices proximae, ad formandam secundam personam singularem, accipiunt eiusdem personae pronomen affixum *ál*, eius vocali et hic radicum vocali accommodata, cumque ea in vnam conflata.

EXEMPLA.

Sic prior formatio, *ſzok-na-ál*, *áld-at-na-ál*, etc. *lép-ne-él*, *ſzül-et-ne-él*, etc. *háml-a-na-ál*, *fényl-e-ne-él*, etc. concretis vocalibus abiit in hanc posteriorem: *ſzok-ná-l*, *gyón-ná-l*, *távoz-ná-l*, *for-gód-ná-l*; *áld-at-ná-l*, *takar-tat-ná-l*; *múl-hat-ná-l*, *ad-at-hat-ná-l*; deinde *lép-né-l*, *jelen-né-l*, *rejtez-né-l*, *kéröd-né-l*; *ſzül-et-né-l*, *ditsér-tet-né-l*; *ſzün-het-né-l*, *kér-et-het-né-l*; demum *háml-a-ná-l*, *fényl-e-né-l*, *villáml-a-ná-l*, *tündökl-e-né-l*.

c) PERSONA PRIMA.

Prima denique singularis persona paratur, adiecto ad proximas radices eiusdem personae pronomine *em*, in hac forma perpetuo, eius vocali radicum vocali itidem assimilata, et concreta, sono producto.

EXEMPLA.

Sic de priore formatione, *fzok-na-am*, *áld-at-na-am*, etc. *lép-ne-em*, *fzül-et-ne-em*, etc. *háml-a-na-am*, *fényl-e-ne-em*, etc. conflatis vocalibus haec posterior facta est: *fzok-ná-m*, *gyón-ná-m*, *távoz-ná-m*, *forgód-ná-m*; *áld-at-ná-m*, *takar-tat-ná-m*; *múl-hat-ná-m*, *ad-at-hat-ná-m*; postea *lép-né m*, *jelen-né-m*, *rejtez-né-m*, *kéröd-né-m*; *fzül-et-né-m*, *ditsér-tet-né-m*; *fzün-het-né-m*, *kér-et-het-né-m*; denique *háml-a-ná-m*, *fényl-e-né-m*, *villáml-a-ná-m*, *tündökl-e-né-m*.

2) NVMERVS PLVRALIS.

Formationem pluralium personarum singillatim explanare superfluum est: cum ea et hic, accessione eorundem pronominum ad radices proximas, prorsus ita fiat, vt in forma indeterminata prima.

c. FORMA DETERMINATA.

Verba actiua vtriusque formae indeterminatae, primae, et secundae, cum migrant in formam determinatam, primis radicibus suis nudis, et nudatis, ante omnia adiiciendam poscunt et hanc optatiui notam characteristicam, pro earum natura vel nudam, vel interiecta connectente vocali congrua; vt paratae habeantur et hic radices proximae, ad formandas omnes huius temporis personas in vtroque numero.

Quare delectae radices nudae, et nudatae, accepto hoc formatiuo, dant radices proximas: *di-*

tsér-ne, *takar-na*; *kér-et-ne*, *ad-at-na*, *keres-tet-ne*, *talál-tat-na*; *kér-het-ne*, *ad-hat-na*, *kér-et-het-ne*, *ad-at-hat-na*; *áltál-kel-ne*, *bé-jár-na*; *tse-leked-ne*, *gyón-na*; *által-lép-ne*, *meg-ſzok-na*; *mond-a-na*, *küld-e-ne*, *tanít-a-na*, *kéſzít-e-ne*, *gya-korl-a-na*, *énekl-e-ne*.

1) NVMERVS SINGVLARIS.

a) PERSONA TERTIA.

Iam tertia singularis persona, quam et haec forma semper demonstratam exposcit, de proximis his radicibus formatur affixo eiusdem personae pronomine puro, *a*, *e*; quod vsu iam antiquo radicum vocali concrescit, sono producto.

Sed olim id quidem et halitu resuscitato, *ja*, *je*, ita ipsis accessit, vti nominibus vocali terminatis, in affixione possessiua.

EXEMPLA.

Sic de prima formatione vocaliore, *ditser-ne-ő*, *ditsér-ne-e*, *takar-na-ő*, *takar-na-a*, etc. *áltál-kel-ne-ő*, *által-kel-ne-e*, *bé-jár-na-ő*, *bé-jár-na-a*, etc. concretione vocalium factae sunt formae hodiernae: *ditsér-né*, *takar-ná*; *kér-et-né*, *ad-at-ná*, *keres-tet-né*, *talál-tat-ná*; *kér-het-né*, *ad-hat-ná*, *kér-et-het-né*, *ad-at-hat-ná*; *által-kel-né*, *bé-jár-ná*, *tse-leked-né*, *gyón-ná*; *által-lép-né*, *meg-ſzok-ná*; *mond-a-ná*, *küld-e-né*, *tanít-a-ná*, *kéſzít-e-né*, *gya-korl-a-ná*, *énekl-e-né*.

Fuerant vero et prolixiores formae in vsu, resuscitato pronominis halitu, prima formatione, *ditsér-ne-jő*, *takar-na-jő*, etc. *által-kel-ne-jő*, *bé-jár-na-jő*, etc.

vocali postea assimilata, et priore propter incrementum producta: *ditsér-né-je*, *takarná-ja*; *kér-et-né-je*, *ad-at-ná-ja*, *keres-tet-né-je*, *talál-tat-ná-ja*; *kér-het-né-je*, *ad-hat-ná-ja*; *áltat-kel-né-je*, *bé-jár-ná-ja*, *tselcked-né-je*, *gyon-ná-ja*; *által-lép-né-je*, *meg-szok-ná-ja*; *mond-a-ná-ja*, *küld-e né-je*, *tanít-a-ná-ja*, *készít-e-né-je*, *gyakorl-a ná-ja*, *énekl-e-né-je*.

OBSERVATIO.

Prima simplicior formatio tertiae singularis personae praeteriti primi, facta affixo pronomine puro, *tilt-á-a*, *mond-á-a*, etsi iam dudum exoleuerit, magno tamen commodo nostro superest, in pretiosissimo nobis thesauro, vetustissima illa Funebri Allocutione. Ex analogia, quae arctissima est inter primum illud indicatiui praeteritum, et hoc subiunctiui imperfectum, ad euidentiam probat prioris tertia singularis persona, pronomine puro formata, et posterioris eandem personam sic omnino formatam esse, *tilt-a-ná-a*, *mond-a-ná-a*. Sequebatur porro ex hac forma simili, vti illic, ita et hic, procliuis illa vicinarum vocalium concretio, quae viget hodieque: *tilt-á*, *mond-á*; *tilt-a-ná*, *mond-a-ná*.

Eiusdem tertiae singularis personae et altera forma, expresso pronominis halitu, *feled-é-ve*, *terömt-é-ve*, *vet-é-ve*, obscuro postea halitu *v* in lenem *j* mutato, *feled-é-je*, *terömt-é-je*, *vet-é-je*, vltro docet, etiamsi nulla supeterent alia monumenta, et imperfecti formam alteram auctam eodem hoc pronomine adspirato, *feled-né-je*, *terömt-e-né-je*, *vet-né-je*.

Sed exstant et posteriorum temporum frequentia monumenta, tam manuscripta, quam etiam prelo expressa: quae abunde confirment, sic omnino in vsu fuisse, et diu quidem, hanc antiquissimi aeui formationem genuinam, conformem legibus analogiae; quam

lingua sequitur in his pronominibus, tum verbis, tum nominibus, simili terminatione, simili modo affigendis. Est ea perpetua in Codice MS. de Passione Domini: *Hogy ötet megbátoritanája, a'vagy megerösítenéje* (pag. 11.); Vt eum animaret, vel confirmaret: *Hogy ez napon, a' minyére tehetnéje, meg vigasztalnája az ö anyját* (pag. 25.): Vt hoc die, quantum facere posset, solaretur matrem suam. Saepe eam repetunt Dicta MSS. S. Bernardi. *Ha az Istent szónak zengése gyönyörködtetnéie, az madarak kedveshek volnának* (Cap. XXVII.); Si Deum sonus vocis oblectaret, aues essent gratiores. *Te benned semmi ne legyen, az ki megbotránkoztatnája az te reád nézöket* (Ibid.): Nil in te sit, quod eos offenderet, qui te adspiciunt. Item Gallus Annaxius: *Hogy azt bételjesítenéje, a' mit régenten fogadott vala* (b iiij.); Vt id adimpleret, quod pridem promiserat: *Hogy ötet megtartóztathatnája* (c. iiij.): Vt eum retinere posset. Draskovitsius: *Ki, nem tsak az emberi dolgokat tudnája, hanem azokat is értenéje, kik emberi okosságnak felette vagynak* (E. 3.): Qui non tantum res humanas sciret, sed ea etiam intelligeret, quae rationem humanam superant. Telegdius sequitur, huic formae omnium amicissimus: *Söt ha angyal volna is az, a' ki azt mivelnéje, átok legyen* (Part. III. pag. 351.); Imo etiamsi angelus esset is, qui id faceret, anathema sit: *A' köszál, mellyen épitenéje az ü egyházát* (Ibid. pag. 371.); Petra, super quam aedificaret ecclesiam suam. *Hogy oltalmaznája a' Krisztus aklát* (Ibid. 398.); Vt defenderet Christi ouile: *Mintha ugyan újjal mutatnája, úgy ír* (Ibid. 420.): Quasi omnino digito ostenderet, ita scribit. Vsurpat eam pari prope tenacitate Lépesius: *Hogy a' tzérnát, kin függ, elmetszenéje, vagy elbotsátanája* (De Inf. pag. 320.); Vt filum, de quo pendet, rescinderet, vel remitteret: *Midön Urunk az árúlo Júdásnak pártolkodását megjelentenéje, és mondanája* (Ibid.

pag. 404.): Cum Dominus noster proditoris Judae conspirationem indicaret, et diceret. Deinde et Speculum Poenitentiae: *Kimene olly okkal, hogy Urunkat megkeresnéje, — hogy tanítását meghallgatnája* (E. 4. H. 2.); Exiuit eam ob caussam, vt Dominum nostrum exquireret, — vt doctrinam eius audiret. Similiter et Károlyius: *Nem hihetem, hogy az én szómat meghallgatnája* (Job. IX. 16.); Non possum credere, quod vocem meam exaudiret? *Vallyon a' bölts ember valami széllel töltenéje az ő hasát* (Ibid. XV. 2.); Numquid sapiens aliquo vento impleret ventrem suum? Vt omittam alios, Pázmánum tantum, Káldium, et Albertum Molnárum adducam. *Hogy annyi helye sem volna, a' hová fejét hajthatnája* (Libr. Prec. pag. 158.): Vt neque tantillum locum haberet, quo caput suum reclinare posset. *Noha — a' pénzt — Szóstratus kérnéje* (II. Machab. IV. 27.); Etsi exactionem faceret Sostratus. *Nabugodonozor, midőn Babilon városát néznéje, felfuvalkodik szívében* (De Summo Bono. pag. 320.): Nabugodonozor, cum vrbem Babylonem spectaret, inflatur corde suo.

b) PERSONA SECVNDA.

Secundam vero personam singularem dant eaedem radices proximae, assumto eiusdem personae pronomine affixo, *ed*, *ad*, eius vocali cum radicum vocali in vnam longam conflata.

EXEMPLA.

Quo pacto de prima formatione, *ditsér-ne-ed*, *takar-na-ad*, etc. *által-kel-ne-ed*, *bé-jár-na-ad*, etc. inualuerunt formae concretae: *ditsér-né-d*, *takar-ná-d*; *kér-et-né-d*, *ad-at-ná-d*, *keres-tet-né-d*, *talál-tat-ná-d*; *kér-het-né-d*, *ad-hat-ná-d*, *kér-et-het-né-d*, *ad-at-hat-ná-d*; *által-kel-né-d*, *bé-jár-ná-d*,

tseleked-né-d, *gyón-ná-d*; *által-lép-né-d*, *meg-ſzok-ná-d*; *mond-a-ná-d*, *küld-e-né-d*, *tanít-a-ná-d*, *kéſzít-e-né-d*, *gyakorl-a-ná-d*, *énekl-e-né-d*.

c) PERSONA PRIMA.

Prima denique persona singularis formatur, adiecto ad easdem radices proximas affixo huius personae pronomine *em*, *am*, eius vocali radicum vocali aeque concreta, sono producto.

EXEMPLA.

Sic prima formatio vocalior *ditsér-ne-em*, *ta-kar-na-am*, etc. *által-kel-ne-em*, *bé-jár-na-am*, etc. dedit formas conflatas: *ditsér-né-m*, *takar-ná-m*; *kér-et-né-m*, *ad-at-ná-m*, *keres-tet-né-m*, *talál-tat-ná-m*; *kér-het-né-m*, *ad-hat-ná-m*, *kér-et-het-né-m*, *ad-at-hat-ná-m*; *által-kel-né-m*, *bé-jár-ná-m*, *tse-leked-né-m*, *gyón-ná-m*; *által-lép-né-m*, *meg-ſzok-ná-m*; *mond-a-ná-m*, *küld-e-né-m*, *tanít-a-ná-m*, *kéſzít-e-né-m*, *gyakorl-a-ná-m*, *énekl-e-né-m*.

2) NVMERVS PLVRALIS.

a) PERSONA TERTIA.

Iam ad formandam pluralem personam tertiam, eaedem radices proximae accipiunt huius personae affixum pronomen plurale, *ek*, *ak*, ipsum scilicet *ők*; cuius vocalis, hodie quidem, cum radicum vocali in vnam longam coalescit.

Olim vero hoc pronomen halitum primigenium et hic resumsit, *jek*, *jak*, de *jők*, integrumque accessit ad verba, sicuti ad nomina pura vocali terminata.

EXEMPLA.

Sic prima formatio, *ditsér-ne-ök*, *ditsér-ne-ek*, *takar-na-ök*, *takar-na-ak*, etc. *által-kel-ne-ök*, *által-kel-ne-ek*, *bé-jár-na-ök*, *bé-jár-na-ak*, etc. concretis vocalibus abiit in formam contractam: *ditsér-né-k*, *takar-ná-k*; *kér-et-né-k*, *ad-at-ná-k*, *keres-tet-né-k*, *talál-tat-ná-k*; *kér-het-né-k*, *ad-hat-ná-k*, *kér-et-het-né-k*, *ad-at-hat-ná-k*; *által-kel-né-k*, *meg-szok-ná-k*; *mond-a-ná-k*, *küld-e-né-k*, *tanít-a-ná-k*, *ké-szít-e-né-k*, *gyakorl-a-ná-k*, *énekl-e-né-k*.

Sed expresso pronominis halitu, de formatione primigenia, *ditsér-ne-jök*, *takar-na-jök*, etc. *által-kel-ne-jök*, *bé-jár-na-jök*, etc. assimilatis postea vocalibus, olim et haec forma diu viguit: *ditsér-né-jek*, *takar-ná-jak*; *kér-et-né-jek*, *ad-at-ná-jak*, *keres-tet-né-jek*, *talál-tat-ná-jak*; *kér-het-né-jek*, *ad-hat-ná-jak*, *kér-et-het-né-jek*, *ad-at-hat-ná-jak*; *által-kel-né-jek*, *bé-jár-ná-jak*, *tseleked-né-jek*, *gyón-ná-jak*; *által-lép-né-jek*, *meg-szok-ná-jak*; *mond-a-ná-jak*, *küld-e-né-jek*, *tanít-a-ná-jak*, *készít-e-né-jek*, *gyakorl-a-ná-jak*, *énekl-e-né-jek*.

OBSERVATIO.

Ex lege affixionis, cum nominibus analoga, vltro patet, hanc personarum formationem esse rectissimam, resuscitato pronominis halitu post radices vocali terminatas. Stat ea hodieque in nominibus: ex. gr. *mente*, *menté-jek*; *ruha*, *ruhá-jok*; ergo etiam in verbis: *ditsér-ne*, *ditsér-né jek*; *takar-na*, *takar-ná-jak*. Sed in verbis inualuit contractio, puri pronominis vsu, et vicinarum vocalium, praesertim iam assimilatarum, prona concretione.

Hanc vero contractionem adeo mature experta est in praeterito primo et huius pluralis personae forma: vt eam prolixiorem in nullo adhuc monumento inuene-

vim, quantumuis antiquo. Fidenter tamen sic eius formationem docui ex analogia tam clara, quam saepe repeto, cum tertia plurali persona huius imperfecti temporis. Istam enimuero, forma prolixiore, diu in vsu fuisse probant copiosissima veterum exempla.

Horum aliqua produco ex Codice MS. de Passione Domini: *Jöttenek vala, hogy látnájak Lázárt* (pag. 10.); Venerant, vt viderent Lazarum: *Mikoron Urunknak nevét tsak nevezni sem mernéjek* (pag. 16.); Quando Domini nostri nomen ne nominare quidem auderent: *Tanátsot tartának, hogy megkeresnéik ötet, és megfognájak* (pag. 26.): Consilium habuerunt, vt exquirerent eum, et caperent. Locum habent inter cetera singularem Sacri Sermones MSS. de B. V. M. huius formae personis accumulatum: *Vaj értenéjek, és érzenéjek az emberek, és hívnájak ez édes nevet, és tartandájak írván ö szívekben!* Vtinam intelligerent, et sentirent homines, et inuocarent hoc dulce nomen, et seruarent scriptum in corde suo! Familiaris fuit haec forma Draskovitsio: *Hogy ök is a' szent régiségnek tudományit tisztelnéjek, és az éktelen újságnak találásit kárhoztatnájak* (P. 8.): Vt et illi sanctae antiquitatis doctrinas venerarentur, et indecorae nouitatis inuenta damnarent. Sed magis Telegdio: *Hogy az ü szájából hallanájak a' pogányok az evangyéliomi tudományt* (Part. III. pag. 398.); Vt ex eius ore audirent gentes euangelicam doctrinam: *Antikrisztus szolgái ü reá nem törnének, hanem az ü pártját köuetnéjek* (Ibid. pag. 426.); Serui Antichristi aduersus eum non machinarentur, verum eius factionem sequerentur: *A' kalendáriombból is örömest kitörlenéjek, és azt akarnájak, hogy még tsak a' neve se maradna meg* (Ibid. pag. 525.); Etiam ex calendario libenter eum extergerent, atque id vellent, vt ne nomen quidem eius maneret. Pariter et Lépesio: *A hová a' habok, és szelek ragadnájak — vezetnéjek — oda menne*

(De Mort. pag. 20.); Quo eum fluctus, et venti raperent — ducerent — eo iret: *Hogy teljes életeket dösölésben töltenéjek — édességes éneklésekneк zöngéseket hallandják* (Ibid. pag. 4.); Vt totam vitam suam compotatione explerent (transigerent) — dulcissimorum cantuum sonum audirent. Iam cursim attingimus Speculum Poenitentiae: *Azt hü emberek kezekbe adák, hogy eladnájak* (O. 2.); Id in fidelium hominum manum dederunt, vt venderent. Tinodium postea: *Ha megverhetnéjek — meglátnájak* (C. 1. E. 2.); Si eos profligare possent — viderent. Tum Gallum Anaxium: *Hogy Krisztust olly gyalázattal illetnéjek* (c. iij.); vt Christum tali ignominia afficerent. Komjáthium denique: *Tsak magokat megtartóztatnájak az vértöl* (B. iiij.); Tantum se continerent a sanguine.

b) PERSONA SECVNDA.

Secunda pluralis persona formatur, accedente ad radices proximas communi huius personae affixo pronomine *etek*, *atok*, eius vocali priore cum radicum vocali in vnam longam conflata.

EXEMPLA.

De prima itaque formatione, *ditsér-ne-etek*, *takar-na-atok*, etc. *által-kel-ne-etek*, *bé-jár-na-atok*, etc. in vsum venit forma contracta: *ditsér-né-tek*, *takar-ná-tok*; *kér-et-né-tek*, *ad-at-ná-tok*, *keres-tet-né-tek*, *talál-tat-ná-tok*; *kér-het-né-tek*, *ad-hat-ná-tok*, *kér-et-het-né-tek*, *ad-at-hat-ná-tok*; *által-kel-né-tek*, *bé-jár-ná-tok*, *tseleked-né-tek*, *gyón-ná-tok*; *által-lép-né-tek*, *meg-szok-ná-tok*; *mond-a-ná-tok*, *küld-e-né-tek*, *tanít-a-ná-tok*, *kész-ít-e-né-tek*, *gyakorl-a-ná-tok*, *énekl-e-né-tek*.

b) PERSONA TERTIA.

Primam denique personam pluralem dant eaedem radices proximae, accepto eiusdem personae affixo pronomine, huic formae proprio, *ük*, *uk*; sed cuius vocalis, atque vna et radicum vocalis, euphoniae studio serius inualescente, assimilatione media abit in tertiam; *e* et *ü* in *ö*; *a* et *u* in *o*; et vtraque demum in vnam longam coalescit.

Sed antiquitas vtramque iam assimilatam diu etiam retinuit, interiecta nihilominus connectente consona *j* separatam, et priore propter incrementum producta.

EXEMPLA.

Prima igitur formatio, *ditsér-ne-ük*, *ditsér-nö-ök*, *takar-na-uk*, *takar-no-ok*, etc. *által-kel-ne-ük*, *által-kel-nö-ök*, *bé-jár-na-uk*, *bé-jár-no-ok*, etc. vocalium iam similium prona concretione migrauit in formam contractam: *ditsér-nö-k*, *takar-nó-k*; *kér-et-nö-k*, *ad-at-nó-k*, *keres-tet-nö-k*, *talál-tat-nó-k*; *kér-het-nö-k*, *ad-hat-nó-k*, *kér-et-het-nö-k*, *ad-at-hat-nó-k*; *által-kel-nö-k*, *bé-jár-nó-k*, *tseleked-nö-k*, *gyón-nó-k*; *által-lép-nö k*, *meg-ſzok-nó-k*; *mond-a-nó-k*, *küld-e-nö-k*, *tanít-a-nó-k*, *kéſzít-e-nö-k*, *gyakorl-a-nó-k*, *énekl-e-nö-k*.

Sed antiquitati placuit et altera forma, cum connectente consona, de hac prima, *ditsér-ne-j-ük*, *takar-na-j-uk*, etc. *által-kel-ne-j-ük*, *bé-jár-na-j-uk*, etc. ad euphoniam ita exacta: *ditsér-nö-j-ök*; *takar-nó-j-ok*; *kér-et-nö-j-ök*, *ad-at-nó-j-ok*, *keres-tet-nö-j-ök*, *talál-tat-nó-j-ok*; *kér-het-nö-j-ök*, *ad-hat-nó-j-ok*, *kér-et-het-nö-j-ök*, *ad-at-hat-nó-j-ok*; *által-kel-nö-j-ök*, *bé-jár-nó-j-ok*, *tseleked-nö-j-ok*, *gyón-nó-j-ok*; *által-lép-nö-j-ök*, *meg-ſzok-*

nó-j-ok ; *mond-a-nó-j-ok* , *küld-e-nő-j-ök* , *tanít-a-nó-j-ok* , *készít-e-nő-j-ők* , *gyakorl-a-nó-j-ok* , *énekl-e-nő-j-ök*.

OBSERVATIO.

Primam huius personae simplicem formationem, qualem dedi, vocalibus non assimilatis, connectente nihilominus consona *j*, iam interiecta, adhuc in vsu fuisse aetate Alberti Molnári, singulari, et apertissimo docemur hujus viri exemplo: *Hogy ha renddel, 's példákkal elő akar-ná-j-uk ſzámlálni* (De Summo Bono pag. 302.); Quod si ordine, et per exempla vellemus enumerare. Vidimus primam personam pluralem in praeterito primo, huic prorsus analogam, ab eodem propositam esse in paradigmatibus etiam contractam, praeualente pronominis vocali, eaque producta, propter latentem in ea formatiuam radicis vocalem absorptam: *kér-ük*, *kér-het-ük*, *lát-hat-úk*. Similiter contracta fuit et huius imperfecti prima pluralis persona, licet non sit ab ipso et ista eius forma expressa; quod clare ostendit et prolixior alterius forma, modo adducta, et analogia tam exacta: *kér-n-ük*, *kér-het-n-ük*, *lát-hat-n-úk*. Probat vero hunc vsum et Maros Vásárhelyius: *Hogy tudnúk miis a' bennünk felindúlt bánatot megzábolázni* (pag. 230.); Vt sciremus et nos commotum in nobis moerorem fraenare. Sed magis arrisit vocalis assimilationis mediae, tam in formis contractis, quam etiam prolixioribus.

Et contractarum quidem exempla sunt quam frequentissima, in omnibus superstitibus monumentis, et manuscriptis, et praelo expressis. Ex ingenti eorum copia lubet aliqua proferre. Sic ea occurrunt in Codice MS. Transl. Bibl. *Tékozlatván elmenénk, hogy ne hallgatnók ő ſzavát* (Baruch I. 19.); Dissipati recessimus, ne audiremus vocem eius: *Hogy elfordúlnánk mi hamisságinkból, és gondolnók te igazságodat* (Dan. IX. 13.);

Vt reuerteremur ab iniquitatibus nostris, et cogitaremus veritatem tuam. Káldius, huius formae fidus sectator, pulchre et hic consentit: *Elszélledvén eltávoztunk, hogy ne hallgatnók az ő szavát: Hogy megtérnénk a' mi hamisságinkbol, és meggondolnók a' te igazságodat.* Sic eam vsurpat Pázmánus: *Hogy ne illenők a' Húsvétet a' Zsidókkal együtt — a' Húsvétet más vasárnapra halasztanók* (Libro Prec. in Princ. de Calend.); Vt non celebraremus Pascha cum Judaeis — Pascha in aliam dominicam transferremus. *Ha szívünket akármiben nem köteleznők; úgy bezzeg az isteni dolgoknak ízöket éreznők, és a' mennyei elmélkedést valami részből megkostolhatnók* (Thom. Kemp. Libr. I. Cap. XI.): Si essemus interius minime implicati; tunc possemus etiam diuina sapere, et de coelesti contemplatione aliquid experiri. Item et Lépesius: *Más külömben keresnők üdvözségünket — Siratnók gonoszságinkat* (De Inf. pag. 330. 412.); Secus quaereremus salutem nostram — Defleremus peccata nostra. Similiter et Molnárus, amicior formae contractae: *Hogy ha tsak ezered részét fordítanók az mí szorgalmunknak az örökké valo hajlékokra — az örökké való hajlékokat építenők* (De Summo Bono pag. 276.): Si tantum millesimam partem conuerteremus diligentiae nostrae ad aeterna tabernacula — aeterna tabernacula aedificaremus. Iam audiatur suauis Mikesius noster, de recentioribus moris antiqui tenacissimus: *Ha letennők a' restséget — Ha valaha nem szeretnők egymást — Ha bizonnyal tudnók — Másként azt akarnók* (Epist. XIII. XVIII. XXIII. XXVIII.): Si deponeremus pigritiam — Si aliquando non nos mutuo amaremus — Si certo sciremus — Secus hoc vellemus.

Telegdius, licet quandoque vtatur forma etiam contracta, est tamen prolixioris vnus omnium amantissimus: *Mintha ünnön magát látnójok, és ü vele szóllanánk — A' jó pásztoroknak késztíttetett koronát elvesztenöjök*

nöjök (Part. II. pag. 88, 112.): Quasi ipsum videremus, et cum eo loqueremur — Bonis pastoribus paratam coronam perderemus. *Hogy ennöjök az ü ſzent testét, és innójok ſzent vérét* (Ibid. pag. 493.): Vt ederemus sacrum corpus eius, biberemus sacrum sanguinem eius. *Ha valóban meggondolnánk, le tennöjök a' tzimert, és nem emelnöjök fel egyikünk a' másikunk ellen magunkat* (Part. III. pag. 559.): Si bene perpenderemus, deponeremus cristam, et non erigeremus nosmet ipsos alter aduersus alterum.

Hoc tamen vsu dudum praeiuerunt alii Telegdio. Similis quidem constantia est huius formae in Codice MS. de Passione Domini: *Hogy mí is ſzeretnöjök a' mí ellenségünket* (pag. 44.): Vt et nos amaremus inimicum nostrum. *Hogy akaratunkat Istennek akaratja alá adnójok* (pag. 51.): Vt voluntatem nostram Dei voluntati subderemus. Quandoque occurrunt exempla: quae vocalem radicum proximarum non habent assimilatam; et posteriorem, quae est pronominis, sonant oblique accommodatam: *Hogy ime' hármat kernéjök az Istentöl* (pag. 52.); Vt haec tria peteremus a Deo.

Hanc primam pluralem personam, et praeteriti primi, et huius imperfecti, vtramque adeo similem, huic determinatae formae propriam, hodie plerique reiiciunt: et pro ea aliam obtrudunt pertinaciter ex forma indeterminata, praepostera consuetudine iam fere confirmatam. Mature hic abusus sese meliori intermiscuit. Certe iam Molnárus (anno 1610) formae verbis determinatis recte conuenienti, nimia indulgentia, et hanc alteram subiunxit, verbis indeterminatis propriam, prorsus non huc pertinentem. Idem fecit Pereſzlényius (anno 1682). Tanto itaque procliuior fuit error aliorum. Molnárus tamen, accuratior in operibus aliis, vsum promiscuum nuspiam admisit: alteram ab altera, recte semper, et religiose distinxit. Et malo quidem

huic vsui, quantumuis pridem irrepenti, meliorum constantia perpetuo restitit. Scriptores enimuero temporum vel paulo altiorum eum penitus ignorarunt. Satis ergo reprimitur consuetudine meliore, diuturna, antiquissima; quam etiam etymologia probat ad euidentiam, fideli socia analogia.

Forma indeterminata vtraque in omnibus temporibus, quae sex dedimus simplicia, et distincta, pro constante, et proprio pluralis personae primae formatiuo habet idem affixum pronomen *ünk, unk.* Forma vero determinata, diuersa a priore per ipsa potissimum personarum affixa pronomina, in quatuor temporibus pro formatiuo primae pluralis personae, secundum eos etiam, qui alibi peccant, aliud accipit affixum pronomen, sibi proprium, *ük, uk*, et lege quidem adeo seuera: vt, si huic prius illud *ünk, unk*, a quopiam substituatur; genuina construendi ratio vitiata esse illico ab omnibus sentiatur. Non enim pariter sunt rectae locutiones istae: primum in praesenti tempore, *látjuk azt a' jó embert*, et *látunk azt a' jó embert*, videmus bonum illum hominem; deinde in praeterito secundo, *kértük jó urunkat*, et *kértünk jó urunkat*, rogauimus bonum dominum nostrum; tum in imperatiuo, *lássuk a' dolog kimenetelét*, et *lássunk a' dolog kimenetelét*, videamus rei exitum; denique in futuro exacto, *ha kérendjük atyánkat*, et *ha kérendünk atyánkat.* Quomodo ergo in his temporibus alienum, vt omnes intelligimus, a determinata constructione, et hoc ipso vitiosum pronomen, *ünk, unk*, consentiat in duobus reliquis temporibus cum domestico, et recto pronomine, *ük, uk?* Eadem haec sunt, vti etymologia euoluit, et in his duobus temporibus, tantum absorptis vocalibus suis, propter proximas radices vocali terminatas, varie mutata. Non sunt certe vsus promiscui, et pariter exacti, hae loquendi rationes: primum in praeterito primo,

látók azt a' jó embert, et *látánk azt a' jó embert*, vidimus bonum illum hominem; *kérök jó urunkat*, et *kérénk jó urunkat*, rogauimus bonum dominum nostrum: deinde in imperfecto, *ha látnók a' dolog kimenetelét*, et *ha látnánk a' dolog kimenetelét*, si videremus rei exitum; *ha kérnök atyánkat*, et *ha kérnénk atyánkat*, si rogaremus patrem nostrum.

Exempla superiora discernenda poscit linguae integritas: vt accusatiui demonstrati maneant formae determinatae; indeterminatae vero dentur alii non demonstrati.

Látjuk azt a' jó embert: Videmus bonum illum hominem.	*Látunk egy jó embert:* Videmus bonum quendam hominem.
Kértük jó urunkat: Rogauimus bonum dominum nostrum.	*Kértünk egy jó urat:* Rogauimus bonum quendam dominum.
Lássuk a' dolog kimenetelet: Videamus rei exitum.	*Lássunk valami jobb kimenetelt:* Videamus meliorem aliquem exitum.
Ha kérendjük atyánkat: Si rogauerimus patrem nostrum.	*Ha kérendünk valami atyát:* Si rogauerimus patrem aliquem.

Idem in posterioribus facere nos oportet: si eadem et in his linguae puritas cordi nobis est, ab omni antiquitate tam religiose conseruata; et hodie quoque, vel inundante vitio, potiorum tamen constantia egregie vindicata.

Látók azt a' jó embert: Vidimus bonum illum hominem.	*Látánk egy jó embert:* Vidimus bonum quendam hominem.
Kérök jó urunkat: Rogauimus bonum dominum nostrum.	*Kérénk egy jó urat:* Rogauimus bonum quendam dominum.

Ha látnók a' dolog kimenetelét: Si videremus rei exitum.

Ha kérnők atyánkat: Si rogaremus patrem nostrum.

Ha latnánk valami jobb kimenetelt: Si videremus meliorem aliquem exitum.

Ha kérnénk valami atyát: Si rogaremus patrem aliquem.

3. TEMPVS FVTVRVM EXACTVM.

a. FORMA INDETERMINATA PRIMA RADICE NVDA.

1) NVMERVS SINGVLARIS.

a) PERSONA TERTIA.

Tempus futurum exactum habet characteristicam notam syllabicam *and*, vocali congruenter mutata *end.* Significans est et ista vocula, de lingua certe primigenia, *instans*, *imminens*, *futurum.* Quo suo valore apta visa est ad formandum tempus futurum.

Quoniam a vocali inchoat, quae nunquam absorbetur, radicibus primis facile iungitur, et simplici, et duplici consona terminatis; propterea est et contractis amicior.

Verba itaque delecta, primis radicibus nudis, huius formae indeterminatae primae, eius accessione sic accipiunt formam futuri exacti: *takar-and*, *ad-at-and*, *talál-tat-and*, *ad-hat-and*, *ad-at-hat-and*; *ditsér-end*, *kér-et-end*, *keres-tet-end*, *kér-het-end*, *kér-et-het-end*; deinde *mond-and*, *ſzánt-and*, *kezd-end*, *önt-end*; *tanít-and*, *boldogít-and*, *keſzít-end*, *keserít-end*; postremo etiam *tipr-and*,

söpr-end, *gyakorl-and*, *énekl-end*, *arányz-and*, *szerz-end*.

Et horum notio absoluta, ad nullam adhuc personam relata, in lingua nascente, fuit certe nominum valore: *takar-and*, tectio instans, imminens, futura; *ditsér-end*, laudatio instans, imminens, futura. Sed vsus communis iam dudum sumit ea pro tertiis personis singularibus non demonstratis, *texerit*, *laudauerit*.

Hac sua forma, nullo adhuc affixo pronomine accepto ad tertiam personam singularem clare notificandam, sunt et ipsae radices nudae, eaedem et proximae, ad formandas reliquas huius temporis personas.

Et quia proximae hae radices duplici terminantur consona, ad vitandum concursum duriorem integra poscunt ea etiam affixa pronomina, quae alias compendii caussa vocales suas amittere solent.

Haec vero affixa prorsus eadem recurrunt et in hoc tempore; quae vigent in tempore praesenti modi indicatiui.

OBSERVATIONES.

(1) Idem hoc tempus, isto formatiuo natum, quidam de hodiernis perperam sumunt vsu promiscuo etiam pro futuro modi indicatiui. Molnárus id quidem aperte ad subiunctiuum refert (Libro I. de Etym. Cap. XIX. pag. 89.). Adjicit de eo et notulam, quae valet ad nostra quoque tempora. *Huius futuri vsus*, ait ille, *etsi frequentius occurrat in scripturis; in sermone tamen quotidiano rarior est.* Similiter et Pereszlényius (Part. III. Cap. I. §. I. pag. 71.), prius de alio futu-

ro locutus, ad hoc alterum transit, idque verbis expressis modi coniunctiui esse dicit. *Futurum tamen coniunctiui Vngari habent proprium, vt patebit: cuius vsus in sermone rarus est; in historiis, maxime sacris, frequens.* Vtrumque recta docere probat perpetua veterum auctoritas: quorum exempla cumulatissima huius futuri vsum constantem testantur fuisse in solo dumtaxat subiunctiuo. Operae pretium erit horum aliqua in medium proferre. Id vero sic constructum habet vel antiquissima Funebris Allocutio. *Ki napon éndöl ez gyimöltstől, halálnek halálával halſz:* Quo die comederis de hoc fructu, mortis morte morieris. Pariter et Codex MS. Transl. Bibl. *Valahová menendeſz, menek; és valahol lakozandol, én is ott lakozom* (Ruth I. 16.): Quocunque ieris, ibo; et ubicunque habitaueris, et ego illic habitabo. *Ha nem hallgatandjátok tű Uratok Isteneteknek ſzavát* (Baruch II. 22.): Si non audieritis Domini Dei vestri verbum. *Ha éneklend a' trombita a' városban, és a' nép meg nem ijed* (Amos III. 6.)? Si cecinerit tuba in ciuitate, et populus non terrebitur? Sic et reliqua, quae, et eo loco, et alibi in toto hoc opere frequentissime recurrunt. Sic est perpetuus hic vsus in Codice MS. Sermonum Sacrorum de B. V. Maria, et Dictorum S. Bernardi. Ex postremis depromo nonnulla. *Hányſzer felserkenendeſz, elmédbe jussanak az áldott Istennek ajandoki:* Quoties expergefactus fueris, in mentem tibi veniant benedicti Dei munera. *Mikoron akarandaſz elalunnod, előſzör igyeközjél Istenhez imádkozván:* Cum volueris obdormire, primum conare ad Deum orando. *Ammit gyönyörüség hallani, ha halandod, örömest mondod ki is:* Quod volupe est audire, si id audieris, libenter etiam eloqueris. Item aliqua ex Vita MS. S. Euphrosinae. *Ha én az apáthoz menendök;* Si ego ad abbatem iuero. *Ha Isten neköm nyugodalmat adand:* Si Deus mihi quietem dederit. Iam

quae monumenta aeuo sequenti ad nos vsque, etiam typis expressa, in lucem prodiuerunt; et illa omnia plena sunt eodem hoc vsu perpetuo. Consule ipse in his praecipuos: *Telegdium*, *Károlyium*, *Pázmánum*, *Lépesium*, *Káldium.*

(2) Offendit quorundam aures huius futuri pronunciatio, hodieque multis valde amica, formatiui vocali producta. Ea vero tolerari potest: siquidem vsu probetur, licet non vniuersali, antiquo tamen; et cuius ratio ex origine formatiui facile eruitur. Siluester, diligens Scriptor in notandis accentibus primarum quam maxime vocalium, *a*, et *e*, harum alteram, cum producenda esset, semper transuersa lineola superne imposita signauit, ā, alteram vero iam vncinulo inferne adiecto, ę, iam circumflexo superne inscripto, *ê*. Has ergo vocales adhibuit perpetuo in huius futuri formatiuo, cum id finiti verbi formam habuit, indicio manifestissimo, eas sibi semper productas fuisse. *Ha valaki vétkezéndik*, *ſzóſzóllónk vagyon az Atya Istennél* (I. Ioan. II. 1.) Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Deum Patrem. *Ha tü bennetek megmaradánd*, *az mit kezdettül fogua hallottatok.* (Ibid. II. 24.): Si in vobis permanserit, quod audiuistis ab initio. *Ha valaki azt mondándja*, *ſzeretem az Istent*, *és az ü atyjafiát gyülöléndi*, *hazug* (Ibid. IV. 20.): Si quis dixerit, diligo Deum, et fratrem suum oderit, mendax est. Nos tamen, eam vocalem non producendo, videmur nobis tuto acquiescere in vsu potiore et hodiernorum, et veterum, cumprimis Pázmáni, Káldii, aliorumque. In quo multum eo etiam confirmamur: quod et ipse Siluester, et omnes hodierni, eandem vocalem in participio, quod vtique de eodem futuro deducitur, iam corripere soleant. Promo quaedam exempla ex ipso Siluestro. *Miképen meghalljátok*, *hogy az Antikriſztus eljöveudő* (I. Ioan. II. 18.): Sicut audietis, quia Anti-

christus venturus est. *Tudván*, *hogy tütöket nem elveszendő marhával váltának meg* (I. Petr. I. 18.): Scientes, quod non corruptibilibus, auro, et argento, redemti estis.

(3) Formatiuum *and*, radicibus adiectum, earum significationi propriae futuri notionem secundariam addere non posset, nisi eam, sibi olim tributam, et propriam haberet, vsu etiam separato. Id quidem vocabulum esse debuit olim distinctum, et hoc ipso significans.

Manifestum est huius vestigium in verbo, Hebraeis, Chaldaeis, et Syris communi: עָתַד (*átad*) ע (*ain*) adspiratione difficili, vt saepe fit, et hic neglecta, institit, imminebat, futurus fuit. Idem, et nominis valore vsitatum, est instans, imminens, futurus. Hoc *atad* nostris originibus, acceptum de lingua primigenia, abiit in monosyllabum, et vocali probabiliter producta, ad eam, quae expuncta est, compensandam, *átd:* de quo, per intensionem duas in eo consonas sonantius exprimendi, priore in *n* mutata, ortum est demum *ánd*.

Sic nostrum *ött*, fundit, quod antiquitus diu hac forma viguit, eodem nisu *t* prius mutauit in *n*, vt eo hodieque vtimur, *önt*. Pariter et *kegyed*, gratia tua, in contracto *kegyd*, ob sonum difficilem, loco *gy* accepit *n*, vocalemque obtuse produxit, *kênd*. Apud Lappones verbum *wadd-et*, resecta infinitiui terminatione *wadd*, id est, dat, consonam *d* geminat. Sed Esthones, pronunciatu faciliore, in eodem verbo *d* priori *n* substituerunt, neglecto ipso etiam halitu obscuro *v; andma*, geben, dare, amissa infiniti terminatione, *and*. Nostrum *ád*, his aperte congruens, consonam neglectam compensat vocali producta; sed quam, si increscat, statim corripit. Notat Vaterus (Part. I. Sect. I. Cap. II. §. 54.) apud Chaldaeos, si qua litera geminanda sit, illi geminationis loco saepe praemitti solere נ (*nun*) consonam. Sic pronomen secundae perso-

nae, cum dageschato ת (*tav*), אַתָּ (*atta*), tu, Chaldaeis est אַנְתְּ (*ant*). Stat ergo vsus per affines linguas latissimus, idem et vetustissimus, *n* literam substituendi in locum alterius de geminandis. Ex quo iam tanto clarius est, de *átd* esse nostrum *ánd*.

Sed videor mihi eandem hanc vocem adhuc superstitem videre in lingua Lapponica, eodem modo contractam, retento etiam halitu primigenio, nisi quod in obscurum sit mutatus, leniore pronunciatu, *wånt*. Eius significatio est aliquanto deflexa, vicina tamen, accommoda translatione, spes, exspectatio. Quod instat, quod imminet, quod futurum est, hoc speratur certe, et hoc exspectatur. Esthones, si recte obseruo, prius *t* compensant vocali, halitum quoque, vti nos, negligunt: *oot-ma*, in forma infinitiui, eadem significatione, warten, exspectare; *oot* pro *ott*, et litera *n* pro altera de geminatis irrepente, *ont*. Peruenit, ex eadem altissima origine communi, idem hoc vocabulum, et forma quidem nostra, ad ipsos etiam Teutones: quibus radix prima Ahnd est praesagium; verbum de ea formatum ahnd-en, praesagire; et nomen prolixius Ahnd-ung, praesagitio. Inuoluta est his futuri notio, eaque primaria: nam *praesagitio* est vtique rei *instantis*, rei *imminentis*, rei *futurae* praesensio.

Habet hoc Ahnd post vocalem a halitum h pro signo certe eam vocalem producendi. Eius ratio, ex contractione reddenda, nota fuit olim et nostris. Inde inualuit producendi consuetudo apud nos etiam; sed quae sensim exolescit vsu iam contrario.

(4) Euoluta et huius formatiui origine, et data genuina significatione, iam multo euidentius est, eos in errore versari: qui hoc futurum putant effictum, et adoptatum esse, imitatione Latini futuri participii passiui, *am-and-us*, *leg-end-us*; ideoque illi vulgo significationem tribuunt passiuam, in verbis etiam actiuis.

Sic innaluit *tiſztelendő*, venerandus, *betsűlendő*, honorandus, forma omnino vitiosa, venerandae, et honorandae antiquitati nostrae hoc quidem vsu ignota: cui alia placuit sincera, et conueniens, *tiſzteletes*, *betsűletes*. Lucas Pétsius haec adhibet in Titulo Dedicationis Libelli sui de Operibus Misericordiae Corporalis: *Az Bötsűletes, és Tiſzteletes Egyházi Férfiúnak, Jó Balásnak, Plisi Apáturnak, az Eſztergami Egyházban Válaſztott Nitrai Esperestnek, és Szerzetes Kanonoknak* (anno 1598.): Honorabili, et Venerabili Viro Ecclesiastico, Blásio Jó, Abbati Pilisiensi, in Ecclesia Strigoniensi Electo Archipresbytero Nitriensi, et Regulari Canonico. Corrupta est et ista auctio, *fő tiſztelendő*, vti et Latina *reuerendissimus*; pro qua est alia genuina et nobis, *fő tiſzteletű*, et Latinis, *summe venerandus*.

b) PERSONA SECVNDA.

Radices proximae, iam apparatae pro hoc tempore, praebent porro secundam personam singularem, accepto eodem affixo pronomine, sed hic semper syllabico, *eſz*, *aſz*, quod est huic formae proprium in tempore etiam praesenti modi indicatiui.

EXEMPLA.

Nostra igitur exempla sic sunt in secunda hac persona: *takar-and-aſz*, *ad-at-and-aſz*, *talál-tat-and-aſz*, *ad-hat-and-aſz*, *ad-at-hat-and-aſz*; *ditsér-end-eſz*, *kér-et-end-eſz*, *keres-tet-end-eſz*, *kér-het-end-eſz*, *kér-et-het-end-eſz*; deinde *mond-and-aſz*, *ſzánt-and-aſz*, *kezd-end-eſz*, *önt-end-eſz*; *tanít-and-aſz*, *boldogít-and-aſz*, *kéſzít-end-eſz*, *keserít-end-eſz*; demum *tipr-and-aſz*, *söpr-end-eſz*, *gya-*

korl-and-aſz, *énekl-end-eſz*, *arányz-and-aſz*, *ſzerz-end-eſz.*

c) PERSONA PRIMA.

Eaedem radices proximae, ad formandam primam personam singularem, augentur affixo pronomine, quod solum in hac forma dominatur, *ek*, *ok.*

Alterum vero huius personae affixum, ad verba tantum actiua, cum inuoluto secundae personae accusatiuo, *l-ak*, *l-ek*, ad vitandum concursum duriorem, quia radices proximae duplici finiuntur consona, poscit connectentem congruam vocalem euphonicam, *a*, et *e.*

EXEMPLA.

Eadem ergo exempla nostra ita sunt in hac prima persona: *takar-and-ok*, *ad-at-and-ok*, *talál-tat-and-ok*, *ad-hat-and-ok*, *ad-at-hat-and-ok*; *ditsér-end-ek*, *kér-et-end-ek*, *keres-tet-end-ek*, *kér-het-end-ek*, *kér-et-het-end-ek*; deinde *mond-and-ok*, *ſzánt-and-ok*, *kezd-end-ek*, *önt-end-ek*; *tanít-and-ok*, *boldogít-and-ok*; *kéſzít-end-ek*, *keserít-end-ek*; demum *tipr-and-ok*, *söpr-end-ek*, *gyakorl-and-ok*, *énekl-end-ek*, *arányz-and-ok*, *ſzerz-end-ek.* Cum inuoluto secundae personae accusatiuo: *takar-and-a-l-ak*, *ditsér-end-e-l-ek*, etc. *mond-and-a-l-ak*, *önt-end-e-l-ek*, etc. *tipr-and-a-l-ak*, *ſzerz-end-e-l-ek*, etc.

2) NVMERVS PLVRALIS.

a) PERSONA TERTIA.

Tertiae plurales personae formantur de iisdem radicibus proximis, duplici consona termi-

natis, affixo huius personae pronomine integro, *anak, enek.*

EXEMPLA.

Eadem proinde exempla nostra sic habent pluralem hanc personam: *takar-and-anak, ad-at-and-anak, talál-tat-and-anak, ad-hat-and-anak, ad-at-hat-and-anak; ditsér-end-enek, kér-et-end-enek, keres-tet-end-enek, kér-het-end-enek, kér-et-het-end-enek;* deinde *mond-and-anak, ſzánt-and-anak, kezd-end-enek, önt-end-enek, tanít-and-anak, boldogít-and-anak, kéſzít-end-enek, keserít-end-enek;* demum *tipr-and-anak, söpr-end-enek, gyakorl-and-anak, énekl-end-enek, arányz-and-anak, ſzerz-end-enek.*

b) PERSONA SECVNDA.

De iisdem radicibus proximis ita fiunt et secundae plurales personae, adiecto huius personae pronomine aeque integro, *atok, etek.*

EXEMPLA.

In hac igitur persona sic sunt exempla eadem: *takar-and-atok, ad-at-and-atok, talál-tat-and-atok, ad-hat-and-atok, ad-at-hat-and-atok; ditsér-end-etek, kér-et-end-etek, keres-tet-end-etek, kér-het-end-etek, kér-et-het-end-etek;* deinde *mond-and-atok, ſzánt-and-atok, kezd-end-etek, önt-end-etek, tanít-and-atok, boldogít-and-atok, kéſzít-end-etek, keserít-end-etek;* demum *tipr-and-atok, söpr-end-etek, gyakorl-and-atok, énekl-end-etek, arányz-and-atok, ſzerz-end-etek.*

c PERSONA PRIMA.

Denique, ad formandam primam pluralem personam, accedit iisdem radicibus proximis affixum huius personae pronomen, *unk*, *ünk*.

EXEMPLA.

Quare exempla eadem in hac persona sic habentur: *takar-and-unk*, *ad-at-and-unk*, *talál-tat-and-unk*, *ad-hat-and-unk*, *ad-at-hat-and-unk*; *ditsér-end-ünk*, *kér-et-end-ünk*, *keres-tet-end-ünk*, *kér-het-end ünk*, *kér-et-het-end-ünk*; deinde *mond-and-unk*, *ſzánt-and-unk*; *kezd-end-ünk*, *önt-end-ünk*, *tanít-and-unk*; *boldogít-and-unk*, *kéſzít-end-ünk*, *keserít-end-ünk*; demum *tipr-and-unk*, *söpr-end-ünk*, *gyakorl-and-unk*, *énekl-end-ünk*, *arányz-and-unk*, *ſzerz-end ünk*.

b. FORMA INDETERMINATA SECVNDA RADICE AVCTA.

Iam in forma indeterminata secunda, ad formandum hoc quoque tempus futurum exactum, repetuntur, vt saepe diximus, primae radices nudatae, resecto *ik* pronomine; et de his, ante formationes alias, parantur radices proximae, adiecta ipsis nota huius temporis characteristica, *and*, *end*.

Primae itaque radices nudatae, iam saepe resumtae, accepto hoc formatiuo, sic dant radices proximas, ad formandas vtriusque numeri personas: *ſzok-and*, *gyón-and*, *távoz-and*, *forgód-and*; *áld-at-and*, *takar-tat-and*; *múl-hat-and*, *ad-at-hat-and*; deinde, *lép-end*, *jelen-end*, *rejtez-end*,

kéröd-end; ſzül-et-end, ditsér-tet-end; ſzün-het-end, kér-et-het-end; demum etiam *háml-and, fényl-end, villáml-and, tündökl-end.*

1) NVMERVS SINGVLARIS.

a) PERSONA TERTIA.

De his porro radicibus proximis fit tertia persona singularis demonstrata, qualem haec forma semper exposcit, restituto *ik* pronomine affixo proprio, quod est ante formationem huius temporis resectum.

EXEMPLA.

Est illa, de apparatis radicibus proximis, reuera talis: *ſzok-and-ik, gyón-and-ik, távoz-and-ik, forgód-and-ik; áld-at-and-ik, takar-tat-and-ik; múl-hat-and-ik, ad-at-hat-and-ik;* deinde *lép-end-ik, jelen-end-ik, rejtez-end-ik, kéröd-end-ik; ſzül-et-end-ik, ditsér-tet-end-ik; ſzün-het-end-ik, kér-et-het-end-ik;* demum etiam *háml-and-ik, fényl-end-ik, villáml-and-ik, tündökl-end-ik.*

b) PERSONA SECVNDA.

Iisdem radicibus proximis, ad formandam secundam personam singularem, adiicitur eiusdem personae pronomen affixum, *ol, el,* huic formae proprium.

EXEMPLA.

Eadem proinde persona sic est in exemplis delectis: *ſzok-and-ol, gyón-and-ol, távoz-and-ol, forgód-and-ol; áld-at-and-ol, takar-tat-and-ol; múl-hat-and-ol, ad-at-hat-and-ol;* deinde *lép-end-*

el, *jelen-end-el*, *rejtez-end-el*, *kéröd-end-el*; *szül-et-end-el*, *ditsér-tet-end-el*; *szün-het-end-el*, *kér-et-het-end-el*; demum etiam, *háml-and-ol*, *fényl-end-el*, *villáml-and-ol*, *tündökl-end-el*.

c) PERSONA PRIMA.

Primam denique personam singularem, de iisdem radicibus proximis, format affixum eius personae pronomen, *om*, *em*, in hac forma perpetuum.

Eam igitur exempla nostra sic habent: *szok-and-om*, *gyón-and-om*, *távoz-and-om*, *forgód-and-om*; *áld-at-and-om*, *takar-tat-and-om*; *múl-hat-and-om*, *ad-at-hat-and-om*; deinde *lép-end-em*, *jelen-end-em*, *rejtez-end-em*, *kéröd-end-em*; *szül-et-end-em*, *ditsér-tet-end-em*; *szün-het-end-em*, *kér-et-het-end-em*; demum etiam *háml-and-om*, *fényl-end-em*, *villáml-and-om*, *tündökl-end-em*.

2. NVMERVS PLVRALIS.

Formatio personarum pluralium iam plana est ex indeterminata forma prima: ea enim et hic prorsus ita fit, eorundem pronominum accessione ad radices proximas.

c. FORMA DETERMINATA.

Vtriusque formae indeterminatae, primae, et secundae, verba actiua, determinate construenda; ante omnia adnectunt et hic ad primas radices suas, nudas, et nudatas, huius temporis notam characteristicam; eodemque pacto paratas praebent radices proximas, ad formandas huius temporis personas omnes in vtroque numero.

Delectae itaque radices nudae, et nudatae, accedente hoc formatiuo, sic fiunt radices proximae: *ditsér-end, takar-and; kér-et-end, ad-at-and, keres-tet-end, talál-tat-and; kér-het-end, ad-hat-and, kér-et-het-end, ad-at-hat-and; általkel-end, bé-jár-and; tseleked-end, gyón-and; által-lép-end, meg-ſzok-and; mond-and, küld-end, tanít-and, kéſzít-end, gyakorl-and, énekl-end.*

1) NVMERVS SINGVLARIS.

a) PERSONA TERTIA.

Tertiam personam singularem habet, vt iam saepe diximus, et haec forma semper demonstratam. Formatur ea in hoc tempore, de radicibus proximis, plane sic, vt in praesenti tempore modi indicatiui, eodem scilicet affixo pronomine ad eas adiecto: puro *i* de *ö*, vel cum halitu *ja* de *jö*, prout radicum sunt vocales, tenues, vel crassae.

EXEMPLA.

Apparatae igitur proximae radices nostrae, accepto hoc formatiuo, sic dant tertiam hanc personam singularem: *ditsér-end-i, takar-and-ja; kér-et-end-i, ad-at-and-ja, keres-tet-end-i, talál-tat-and-ja; kér-het-end-i, ad-hat-and-ja, kér-et-het-end-i, ad-at-hat-and-ja; áltál-kel-end-i; bé-jár-and-ja; tseleked-end-i, gyón-and-ja; áltál-lép-end-i, meg-ſzok-and-ja; mond-and-ja, küld-end-i, tanít-and-ja, kéſzít-end-i, gyakorl-and-ja, énekl-end-i.*

b)

b) PERSONA SECVNDA.

Secunda vero persona singularis, de iisdem radicibus proximis, fit accessione affixi pronominis *ed*, *od*.

EXEMPLA.

Resumuntur eadem exempla delecta: *ditsér-end-ed*, *takar-and-od*; *kér-et-end-ed*, *ad-at-and-od*, *keres-tet-end-ed*, *talál-tat-and-od*; *kér-het-end-ed*, *ad-hat-and-od*, *kér-et-het-end-ed*, *ad-at-hat-and-od*; *áltql-kel-end-ed*, *bé-jár-and-od*; *tseleked-end-ed*, *gyón-and-od*; *által-lép-end-ed*, *meg-ſzok-and-od*; *mond-and-od*, *küld-end-ed*, *tanít-and-od*, *kéſzít-end-ed*, *gyakorl-and-od*, *énekl-end-ed*.

c) PERSONA PRIMA.

Sic et prima persona singularis habetur de iisdem radicibus proximis, adiecto ipsis pronomine affixo *em*, *om*.

EXEMPLA.

Repetuntur et hic eadem exempla nostra: *ditsér-end-em*, *takar-and-om*; *kér-et-end-em*, *ad-at-and-om*, *keres-tet-end-em*, *talál-tat-and-om*; *kér-het-end-em*, *ad-hat-and-om*, *kér-et-het-end-em*, *ad-at-hat-and-om*; *által-kel-end-em*, *bé-jár-and-om*; *tseleked-end-em*, *gyón-and-om*; *által-lép-end-em*, *meg-ſzok-and-om*; *mond-and-om*, *küld-end-em*, *tanít-and-om*, *kéſzít-end-em*, *gyakorl-and-om*, *énekl-end-em*.

2) NVMERVS PLVRALIS.

Iam vt plurales formentur personae, huic formae determinatae conuenientes: sumuntur et in

hoc tempore, vt est alibi luculenter ostensum, radices proximiores, ipsae tertiae personae singulares demonstratae. In hac autem formatione, quia eaedem sunt terminationes radicum proximiorum, quae sunt in praesenti tempore modi indicatiui, recurrunt et leges prorsus eaedem.

a) PERSONA TERTIA.

Proximiores nempe radices, ad formandas tertias personas plurales, accipiunt eiusdem personae affixum pronomen itidem plurale, *ék*, seu ipsum *ök*: sed cuius vocalis a radicum vocalibus absorbetur; et harum altera, crassa scilicet, ab ista concretione moram habet.

EXEMPLA.

Sic delecta exempla nostra, de radicibus proximioribus, ex rudi formatione prima, *ditsér-end-i-ök*, *kér-et-end-i-ök*, etc. *takar-and-ja-ök*, *ad-at-and-ja-ök*, etc. concretis vocalibus, prioris tamen sono praeualente, abierunt in formam hodiernam euphonicam: *ditsér-end-i-k*, *kér-et-end-i-k*, *keres-tet-end-i-k*, *kér-het-end-i-k*, *kér-et-het-end-ik*; *ál-tal-kel-end-i-k*, *tseleked-end-i-k*, *által-lép-end-i-k*; *takar-and-já-k*, *ad-at-and-já-k*, *talál-tat-and-já-k*, *ad-hat-and-já-k*, *ad-at-hat-and-já-k*; *bé-jár-and-já-k*, *gyón-and-já-k*, *meg-ſzok-and-já-k*: *mond-and-já-k*, *küld-end-i-k*, *tanít-and-já-k*, *kéſzít-end-i-k*, *gyakorl-and-ják*, *énekl-end-i-k*.

b) PERSONA SECVNDA.

Eaedem radices proximiores modo simili dant et secundas personas plurales, assumto huius per-

sonae affixo pronomine aeque plurali, *etek*, *atok*; prima eius vocali pariter absorpta, et radicum vocali crassa producta.

EXEMPLA.

Quare de rudi formatione prima, *ditsér-end-i-etek*, *kér-et-end-i-etek*, etc. *takar-and-ja-atok*, *ad-at-and-ja-atok*, etc. vocalium concretione, sic inualuerunt formae soni hodie suauioris: *ditsér-end-i-tek*, *kér-et-end-i-tek*, *keres-tet-end-i-tek*, *kér-het-end-i-tek*, *kér-et-het-end-i-tek*; *által-kel-end-i-tek*, *tseleked-end-i-tek*, *által-lép-end-i-tek*: *takar-and-já-tok*, *ad-at-and-já-tok*, *talál-tat-and-já-tok*, *ad-hat-and-já-tok*, *ad-at-hat-and-já-tok*; *bé-jár-and-já-tok*, *gyón-and-já-tok*, *meg-ſzok-and-já-tok*: *mond-and-já-tok*, *küld-end-i-tek*, *tanít-and-já-tok*, *kéſzít-end-i-tek*, *gyakorl-and-já-tok*, *énekl-end-i-tek*.

c) PERSONA PRIMA.

Sic fiunt et primae personae plurales, de iisdem radicibus proximioribus, adiecto eius personae affixo pronomine itidem plurali, *ük*, *uk*: sed cuius vocalis praeualet, radicumque vocalem tenuem *i* mutat in consonam *j*, alteram vero crassam absorbet, quin eam mora compenset.

EXEMPLA.

De rudi proinde formatione prima: *ditsér-end-i-ük*, *kér-et-end-i-ük*, etc. *takar-and-ja-uk*, *ad-at-and-ja-uk*, etc. *i* vocali in consonam *j* mutata, hae sunt formae alterae euphonicae: *ditsér-end-j-ük*, *kér-et-end-j-ük*, *keres-tet-end-j-ük*, *kér-het-end-j-ük*,

kér-et-het-end-j-ük ; által-kel-end-j-ük , tseleked-end-j-ük , által-láp-end-j-ük ; istae autem alterae *a* vocali absorpta : *takar-and-j-uk , ad-at-and-j-uk , ta-lál-tat-and-j-uk , ad-hat-and-j-uk , talál-tat-and-j-uk , ad-hat-and-j-uk , ad-at-hat-and-j-uk ; bé-jár-and-j-uk , gyón-and-juk , meg-szok-and-j-uk ;* sic etiam *mond-and-j-uk , küld-end-j-ük , tanít-and-j-uk , ké-szít-end-j-ük , gyakorl-ånd-j-uk , ének-end-j-ük.*

3. TEMPVS PRAETERITVM PERFECTVM AVXILIATVM.

Modi subiunctiui tempus praeteritum perfectum habemus auxiliatum : ipsum nempe tempus praeteritum secundum modi indicatiui, cum substantiuo verbo altero *legyen*, impersonaliter sumto, de subiunctiui tempore praesenti verbi *leszen*, fit. Sed olim pariter et hoc, ac verbum ipsum, cui auxilii instar iunctum est, inflecti solebat per eosdem numeros, et personas. Veterem hunc vsum, praeter morem hodiernum, exponere non verebar in paradigmatibus.

Ipsa verba, cum auxiliis suis, modo eodem inflectendi consuetudo, vt alibi vidimus, orientalis est. Olim fuit et nobis amica, et frequens, in hoc praesertim tempore : vt satis probant pulchra quaedam prisci temporis exempla. Occurrunt ea saepius in Codice MS. Transl. Bibl. Et, pro prima quidem persona singulari haec de iis promo. *Hogy bírtam legyek mindeneket* (Ruth II. 9.) : Quod possederim omnia. *Nem tudom, mit láttam legyek* (Dan. II. 3.) : Nescio, quid viderim. Addo alia pro secunda. *Hogy meghagytad légy szüléidet*

(Ruth II. 11.): Quod reliqueris parentes tuos. *Miokért jöttél légy* (Iudith XI. 3.): Quam ob caussam veneris. De tertia nullum vtique dubium est; sed, vt clarius appareat etiam huius vsu discrimen olim adhibitum fuisse, profero et huiusmodi exempla. *Miképen Mardokéus másod lött legyen Asverus királytól* (Esther X. 3.): Quomodo Mardochaeus secundus factus fuerit ab Asuero rege. *Tudvátok, hogy elment legyen én tölem a' beszéd* (Dan. II. 8.): Scientes, quod abierit a me sermo. Pro tertia persona plurali sunt exempla ex Telegdio. *Szépen megírja Szent Ágoston, miért kezdették legyenek az Apostolok a' vasárnapot ülleni a' szombatért* (Part. II. pag. 691.): Pulchre scribit Sanctus Augustinus, quare coeperint Apostoli dominicum diem sanctificare pro sabbato. *Melly nagy bötsületben tartották legyenek a' régi Magyarok az innepeket* (Ibid. pag. 706.): In quam magno honore habuerint veteres Hungari sacros dies. *A' Próféták mennyi sok helyen szóllottanak legyenek arrúl, késő vólna azt mind elő számlálnunk.* (Part. III. pag. 517.): Prophetae quam multis locis de eo locuti fuerint, sero esset hoc totum enumerare. Pronum est per analogiam inferre, et secundas, et primas huiusmodi personas plurales: *kezdettétek legyetek, tartottátok legyetek, szóllottatok legyetek; kezdettük legyünk, tartottuk legyünk, szóllottunk legyünk.* Et cur non liceat veterem hunc vsum reuocare?

4. TEMPVS PRAETERITVM PLVSQVAM PERFECTVM AVXILIATVM.

Auxiliatum est in modo subiunctiuo tempus etiam plusquam perfectum. Eidem scilicet tempori praeterito secundo modi indicatiui accedit, auxilii instar, verbi substantiui primi ex modo optatiuo tertia singularis persona, impersonaliter sumta, *vol-*

na, esset. Sed antiquitus fuit certe et hoc eodem modo inflexum cum ipso verbo, cui auxilio datum est, per numeros, et personas.

C. MODVS INFINITIVVS.

1. INFINITIVVS ABSOLVTVS.

Modus infinitiuus absolutus ea est verborum forma: quae significatum eorum indefinite sistit, nulla ad personas relatione.

Eius formatiuum est syllabicum *ni*. Huius autem significatio est *actio*, *opus*, *factum*, *perfectio*. Accessione sua ad verborum radices format de iis quodammodo substantiua verbalia, seu nomina actionis, transitiuae, vel intransitiuae, vt ipsa sunt verba!

Radicibus primis, nudis et nudatis, simplici consona terminatis, continenter adiicitur: cum vero aliis iungitur, duplici consona finitis, qualia fiunt complura etiam radicum contractione, ad vitandum consonantium concursum duriorem, quia et ipsum a consona inchoat, exigit connectentem congruam vocalem euphonicam, *a*, *o*.

EXEMPLA.

Delecta verborum exempla formae indeterminatae primae sic sunt in hoc modo infinitiuo: *takar-ni*, *ad-at-ni*, *talál-tat-ni*, *ad-hat-ni*, *ad-at-hat-ni*; *ditsér-ni*, *kér-et-ni*, *keres-tet-ni*, *kér-het-ni*, *kér-et-het-ni*: *mond-a-ni*, *szánt-a-ni*, *kezd-e-ni*, *önt-e-ni*; *tanít-a-ni*, *boldogít-a-ni*, *készít-e-ni*,

keserít-e-ni: tipr-a-ni, söpr-e-ni, gyakorl-a-ni, énekl-e-ni, arányz-a-ni, ſzerz-e-ni.

Similiter et alia formae indeterminatae secundae: *ſzok-ni, gyön-ni, távoz-ni, forgód-ni; áld-at-ni, takar-tat-ni; múl-hat-ni, ad-at hat-ni: lép-ni, jelen-ni, rejtez-ni, kéröd-ni; ſzül-et-ni, ditsér-tet-ni; ſzün-het-ni, kér-et-het-ni; háml-a-ni, fényl-e-ni, villáml-a-ni, tündökl-e-ni.*

Sic denique et tertia formae determinatae, actiua scilicet cum accusatiuo demonstrato, de vtraque forma indeterminata.

2. INFINITIVVS CONSTRVCTVS.

Infinitiui nostri, in constructione cum verbis finitis, augentur saepe affixis pronominibus, cum aperta demonstratione personarum, ad quas referuntur: quo vsu dicuntur vulgo *constructi.*

Cum nominum sint valore, horum lege accipiunt et affixa pronomina prorsus eadem, quae adhibentur in affixione possessiua. Primae, et secundae personae pronomina, numeri vtriusque, postremam infinitiui vocalem *i* elidunt; eam vero integram patitur pronomen tertiae personae, exceptis paucis exemplis vocalium crassarum, in quibus vocalis *i* mutatur in signum emolliendae praecedentis *n* consonae. Admittunt autem hanc affixionem omnes infinitiui in omnibus tribus formis coniugationum.

EXEMPLA.

Sufficit eorum exempla dare in verbis primae tantum formae indeterminatae: vocalibus crassis,

takar-n-om, *takar-n-od*, *takar-ni-a*, *takar-n-unk*, *takar-n-otok*, *takar-ni-ok*, etc. *ditsér-n-em*, *ditsér-n-ed*, *ditsér-ni-e*, *ditsér-n-ünk*, *ditsér-n-etek*, *ditsér-ni-ek*, etc. De iis, quae infinitiui vocalem *i* in tertiis personis mutant in signum emolliendae praecedentis *n* consonae, vnicum est vsu frequentiore: *in-ny-a*, *in-ny-ok*, pro *in-ni-a*, *in-ni-ok*; occurrit et *sír-ny-a*, *sír-ny-ok*, pro *sír-ni-a*, *sír-ni-ok*.

Posterioris exemplum est in Codice MS. Transl. Bibl. *Kik*, *ſzavok felemelvén*, *kezdének sírnyok* (Ruth I. 9); Quae, eleuata voce, coeperunt flere. Deinde in Pétsio: *Szavát fölemelvén sírnya kezde* (pag. adv. 40.); Voce eleuata flere coepit. Apud eundem legitur et prioris exemplum: *Midőn nem volna mit innyok* (pag. auers. 40.); Cum non haberent, quod bibant.

OBSERVATIONES.

(1) Infinitiui formatiuum prorsus idem habent et Votjaki, et Permii, et Cirjani, ex lingua olim cum nostris maioribus certe et ipsis communi. Exhibet complura huius exempla Gyarmathius (pag. 183.). De his profero quaedam Votjakorum: *vaſzt-a-ni*, spoliare; *nyuit-ni*, prolongare; *gurjeſzt-i-ni*, excitare; *tod-i-ni*, scire; *min-i-ni*, ire; quae, paucis mutatis, plane nostra sunt: *foſzt-a-ni*, *nyujt-a-ni*, *gerjeſzt-e-ni*, *tud-ni*, *men-ni*.

Est vero et hoc formatiuum significans: ipsum *ni*, praefixum apud Hebraeos, superstes in verborum forma *niphal;* apud Arabes autem, praemissa vocali, in forma *inkabel;* vocula linguae primigeniae, verbi valore, in his quidem formis, *ſit*, *factus est*, *factus est agere*, *factus est accipere*. Habet vero et nominis

valorem, qui hic poscitur, eumque cum notione ampliore, transitiua etiam, non tantum intransitiua: *factum*, *factio*, *perfectio*, *actus*, *actio*.

Hebraeis format idem et nomina, sed iam affixum, et vocali mutata: בִּנְיָן (*binján*), structura, aedificium, a verbo בָּנָה (*báná*), struxit, aedificauit; שִׁלְטוֹן (*schilton*), potestas, dominium, a verbo שָׁלַט (*schálat*), potestatem exercuit, dominatus fuit; proprie, augmenti vi expressa, factum struendi, aedificandi, factum potestatis, dominandi.

Esthonibus infiniti formatiuum est *ma*: *neel-ma*, deglutire; *kei-ma*, ire; *luk-ma*, comessari; *tund-ma*, scire; nobis eadem, sono nostro accommodata, *nyel-ni*, *kel-ni*, *lak-ni*, *tud-ni*.

Hoc formatiuum aperte congruit cum Syriaco, et Chaldaico. Nam Syris vsitatum est infinitiui formatiuum, radicibus praefixum, in formis omnibus, מֶ (*me*); Chaldaeis vero tantum in forma *pahal*, מִ (*mi*): מֶקְטַל (*mektal*), מִקְטַל (*miktal*), occidere, de verbo קְטַל (*kátal*), occidit; מֶפְקַד (*mepkad*), מִפְקַד (*mipkad*), inspicere, de verbo פְּקַד (*pákad*), inspexit. Quae infinitiui forma occurrit quandoque apud Hebraeos quoque, et Arabes.

Elicitur autem ex vsu Hebraeorum et huius formatiui vera significatio. Frequentissima sunt illis nomina actionis, eodem hoc praefixo de verbis formata: מִשְׁמָר (*mischmár*), custodia, obseruatio, de verbo שָׁמַר (*schámar*), custodiuit, obseruauit; deinde מִכְתָּב (*miktab*); scriptura, scriptio, de verbo כָּתַב (*káthab*), scripsit. Apud Lappones, idem omnino formatiuum, nisi quod his more nostro affixum sit, itidem nomina actionis format: *taid-em*, cognitio, de verbo *taid-et*, scire, cognoscere, nobis *tud-ás* de radice *tud*; *tsabm-em*, pulsatio, de verbo *tabm-et*, pulsare, tundere, nobis *tsap-ás* de radice *tsap*; sic *él-em*, vita, de verbo

él-et, viuere, nobis *él-és*, *él-et*, de radice *él*; *menn-em*, iter, itio, profectio, de verbo *menn-et*, ire, proficisci, nobis *men-és* de radice *mén*, forma integra *megyen*. Supersunt adhuc et in nostra lingua nomina eadem formatione nata: *foly-am*, fluxus, fluxio, *víz foly-am*, aquae fluxus, hodie *víz foly-ás*, de radice *foly*, fluit. Olim erant frequentiora: *kell-em*, placentia, vnde *kell-em-es*, placitus, de radice *kell*, placet; *kel-em*, traiectus, de radice *kel*, traiicit.

Formatiuum *ma*, *me*, *mi*, linguae primigeniae vocabulum significans, certe hoc ipsum valere debuit: cuius notionem secundariam id in his formis, sui adiectione auctis, excitat. Illae vero hae sunt significatione genuina: custodiendi, obseruandi actio, scribendi actio, sciendi actio, pulsandi actio, viuendi actio, eundi actio, fluendi actio, placendi actio, traiiciendi actio. Ergo *actio* ea fuit: cui addimus vocabula socia, *opus*, *factum*, *perfectio*.

Et nostrum *mü*, etiam *miv* cum halitu in fine, cui vulgo istae adscribuntur significationes, *opus*, *opera*, *opificium*, procul dubio de hac est origine: de quo et verbum habemus deductum, cum deriuatis aliis, *miv-el*, operatur, facit, efficit.

Infinitiuos Hebraicos, nullo augmento increscentes, sola vocalium mutatione modificatos, Schroederus aperte docet (Sect. V. Reg. 58.) „esse nomina „substantiua, eam actionem, vel passionem, vel no„tionem intransitiuam, quam verbum finitum, ad tem„pus, numerum, personam restringit, in abstracto, „sine vlla restrictione ad aliquod subiectum, expri„mentia. Et, cum פָּקַד (*pákad*) sit *inspexit ille*, in„finitiuus פָּקוֹד (*pákod*), vel פְּקֹד (*pekod*), *inspicere*, „est *inspectio*, hoc est, *actio inspiciendi*.“ Idem tradunt et alii Grammatici. Vaterus (Part. II. Sect. III. Cap. I. pag. 247.) ait esse quodammodo substantiua

verbalia. Gewissermaßen selbst zum Verbal-Substantive erhoben. Iahnus (in Grammatica Arabica pag. 182.) vocat nomina actionis, Nennwörter der Handlung.

Tanto magis eo sunt valore, et nostri, et Esthonici, et Syriaci infinitiui, accepto augmento actionem significante. Nomina valent, eaque potissimum in casu accusatiuo, vel nominatiuo, vt verba finita exigunt, quibus iunguntur. Constructiones istae, *írni akarok*, *tetſzik írni*, scribere volo, placet scribere, certe harum sunt vicariae: *írást akarok*, *tetſzik az írás*, scriptionem volo, placet scriptio, imo auctiores etiam, scribendi actionem volo, placet scribendi actio. Est hoc cumprimis vsitatum Germanis, vt infinitiuos pro ipsis actionum substantiuis adhibeant: das Schreiben, scriptio, scribendi actio; das Leben, vita, viuendi actio.

Turcici infinitiui formatiuum est aeque syllabicum, et auctius prioribus, vocali congruenter mutata, *mek*, *mak*: cuius accessione ad radices, *sew-mek* est amare, *bak-mak*, adspicere; genuine vero, amandi effectio, perfectio, absolutio, consumatio; adspiciendi effectio, perfectio, absolutio, consumatio; significatione, quae vltro conciliatur, nostris vicina. Hebraeis est verbum גָּמַר (*gâmar*), perfecit, absoluit, finiuit, consumauit; item et Arabibus כמל (*kamal*) eodem valore, effecit, perfecit. Omissis afformatiuis differentibus, ר (*resch*), et ל (*lamed*), restat eadem radix גם (*gam*), et כם (*kam*), consonis palatinis, ג (*gimel*) et כ (*caph*), eius organi literis, in diuersa dialecto facile varians. Haec apud Turcas, vt ego reor, de lingua primigenia inualuit retrograda pronunciatione, *mak*, *mek*, ex accommoda significatione formando infinitiuo destinata.

Persis verum infinitiui formatiuum est *en*, tantum vocali, eaque praemissa, diuersum a nostro *ni*; certe eodem et hoc valore. Primis radicibus, *res*, perueni, *bin*, vide, praeteriti formatiuo auctis, *res-id*, *bin-id*,

él-et, viuere, nobis *él-és*, *él-et*, de radice *él*; *menn-em*, iter, itio, profectio, de verbo *menn-et*, ire, proficisci, nobis *men-és* de radice *mén*, forma integra *megyen*. Supersunt adhuc et in nostra lingua nomina eadem formatione nata: *foly-am*, fluxus, fluxio, *víz foly-am*, aquae fluxus, hodie *víz foly-ás*, de radice *foly*, fluit. Olim erant frequentiora: *kell-em*, placentia, vnde *kell-em-es*, placitus, de radice *kell*, placet; *kel-em*, traiectus, de radice *kel*, traiicit.

Formatiuum *ma*, *me*, *mi*, linguae primigeniae vocabulum significans, certe hoc ipsum valere debuit: cuius notionem secundariam id in his formis, sui adiectione auctis, excitat. Illae vero hac sunt significatione genuina: custodiendi, obseruandi actio, scribendi actio, sciendi actio, pulsandi actio, viuendi actio, eundi actio, fluendi actio, placendi actio, traiiciendi actio. Ergo *actio* ea fuit: cui addimus vocabula socia, *opus*, *factum*, *perfectio*.

Et nostrum *mü*, etiam *miv* cum halitu in fine, cui vulgo istae adscribuntur significationes, *opus*, *opera*, *opificium*, procul dubio de hac est origine: de quo et verbum habemus deductum, cum deriuatis aliis, *mivel*, operatur, facit, efficit.

Infinitiuos Hebraicos, nullo augmento increscentes, sola vocalium mutatione modificatos, Schroederus aperte docet (Sect. V. Reg. 58.) „esse nomina „substantiua, eam actionem, vel passionem, vel no„tionem intransitiuam, quam verbum finitum, ad tem„pus, numerum, personam restringit, in abstracto, „sine vlla restrictione ad aliquod subiectum, expri„mentia. Et, cum פָּקַד (*pákad*) sit *inspexit ille*, in„finitiuus פָּקוֹד (*pákod*), vel פְּקֹד (*pekod*), *inspicere*, „est *inspectio*, hoc est, *actio inspiciendi*.“ Idem tradunt et alii Grammatici. Vaterus (Part. II. Sect. III. Cap. I. pag. 247.) ait esse quodammodo substantiua

verbalia. Gewissermassen selbst zum Verbal-Substantive erhoben. Iahnus (in Grammatica Arabica pag. 182.) vocat nomina actionis, Nennwörter der Handlung.

Tanto magis eo sunt valore, et nostri, et Esthonici, et Syriaci infinitiui, accepto augmento actionem significante. Nomina valent, eaque potissimum in casu accusatiuo, vel nominatiuo, vt verba finita exigunt, quibus iunguntur. Constructiones istae, *írni akarok*, *tetſzik írni*, scribere volo, placet scribere, certe harum sunt vicariae: *írást akarok*, *tetſzik az írás*, scriptionem volo, placet scriptio, imo auctiores etiam, scribendi actionem volo, placet scribendi actio. Est hoc cumprimis vsitatum Germanis, vt infinitiuos pro ipsis actionum substantiuis adhibeant: das Schreiben, scriptio, scribendi actio; das Leben, vita, viuendi actio.

Turcici infinitiui formatiuum est aeque syllabicum, et auctius prioribus, vocali congruenter mutata, *mek*, *mak*: cuius accessione ad radices, *sew-mek* est amare, *bak-mak*, adspicere; genuine vero, amandi effectio, perfectio, absolutio, consumatio; adspiciendi effectio, perfectio, absolutio, consumatio; significatione, quae vltro conciliatur, nostris vicina. Hebraeis est verbum גָּמַר (*gâmar*), perfecit, absoluit, finiuit, consumauit; item et Arabibus כָּמַל (*kamal*) eodem valore, effecit, perfecit. Omissis afformatiuis differentibus, ר (*resch*), et ל (*lamed*), restat eadem radix גַּם (*gam*), et כַּם (*kam*), consonis palatinis, ג (*gimel*) et כ (*caph*), eius organi literis, in diuersa dialecto facile varians. Haec apud Turcas, vt ego reor, de lingua primigenia inualuit retrograda pronunciatione, *mak*, *mek*, ex accommoda significatione formando infinitiuo destinata.

Persis verum infinitiui formatiuum est *en*, tantum vocali, eaque praemissa, diuersum a nostro *ni*; certe eodem et hoc valore. Primis radicibus, *res*, perueni, *bin*, vide, praeteriti formatiuo auctis, *res-id*, *bin-id*,

solet accedere: vt proinde *res-id-en*, *bin-id-en*, vulgo *peruenire*, *videre*, proprie sit actio peruentionis praeteritae, vel perfectae, actio visionis praeteritae, vel perfectae. Hic infinitiuus Persicus exacte conuenit cum Germanico: komm-en, seh-en; venire, videre. Et infinitiui Germanici cur omnino substantiua sint, vt supra monuimus, ex his fortasse patet clarius.

Infinitiui formatiuum Lapponicum est syllabicum *et*, pronunciatu intensiore *edt*, leniore *ed*: commune cum gentibus Slauicis, tantum vocali variante; procul dubio et hoc de lingua primigenia tam late propagatum. Id ego de eadem primitiua radice *te* puto esse, eadem et notione: quae nobis, vocali praemissa, format praeteritum secundum, *et*, *ot*. Nominis valor apte accedit infinitiuis eius significatione forma nominis expressa, *perfectio*, *absolutio*, *consumatio*; vt *taid-et*, scire, *tsabm-et*, pulsare, *él-et*, viuere, *menn-et*, ire, genuine reddita haec valeant: perfectio, absolutio, consumatio, id est, actio sciendi, pulsandi, viuendi, eundi. Congruunt infinitiui Lapponici cum nostris substantiuis absolutis, de verbis eodem certe formatiuo natis: *szeret-et*, amor; *'készül-et*, apparatus; *akar-at*, voluntas; *indúl-at*, motus.

Idem formatiuum, sed praefixum radicibus, תְּ (*ti*), facit et Hebraeis nomina, cum notione actionis absolutae; vt tanto sit euidentius et Lapponum infinitiuos nomina valere. תִּקְוָה (*tikvá*), exspectatio, de verbo קָוָה (*kává*), exspectauit; תַּגְמוּל (*tagmúl*), retributio, de verbo גָּמַל (*gâmal*) retribuit.

His, vt opinor, iam satis probauimus, et formatiua infinitiuorum significantia esse, et ipsos infinitiuos his augmentis nomina praestare verbalia.

(2) Infinitiui constructi, praeter apertam demonstrationem personarum, ad quas referuntur, habent etiam elegantias singulares: quae, concinnis Latino-

rum compendiis quomodo sint pares, in syntaxi opportunius explanantur.

Notat Gyarmathius (pag. 28.), etiam Lapponum infinitiuos affixis pronominibus augeri solere; eosque nostris exhibet simillimos, adiecta nostrorum interpretatione ad Lapponicos, mea quidem sententia, non apta, neque fideli. Quod bona cum venia Viri Clarissimi dictum esse volo, vnice veritatis eruendae studio: ne, ex omni falsa specie, vana captetur similitudo.

Nostri infinitiui soli sunt in his exemplis, tantum affixis pronominibus aucti, et cum verbo finito constructi: *hinn-em kell*, *hinn-ed kell*, *hinni-e kell*, credere me oportet, credere te oportet, credere illum oportet; *hinn-ünk kell*, *hinn-etek kell*, *hinni-ek kell*, credere nos oportet, credere vos oportet, credere illos oportet. Lapponici vero, vt eos Ganander sistit (Annotatione 4 in Actiuum *Kal*), aliam habent interpretationem, nullo finito verbo ipsis adiecto: *jaack-ed-in-am*, me credente; *jaack-ed-in-ad*, te credente; *jaack-ed-in-es*, illo credente; *jaack-ed-ini-eme*, nobis credentibus; *jaack-ed-ini-ede*, vobis credentibus; *jaack-ed-in-asa*, illis credentibus. Haec affixio qua ratione fiat, illico explanat (Annotatione 5): infinitiuo *jaack-ed*, credere, addi primum postpositionem *in*, geminam nostrae *an*, *en*, hic respondentem ipsi omnino *in* Latinae praepositioni, *jaack-ed-in*, genuine *in credere*, hoc est, *in credendo*, vt Ganander interpretatur exemplo alio, *inter credendum;* huic deinde formae, seu casui iam mediatiuo, vt ex declinationibus patet, quem ego mallem tamen locatiuum dicere, adnectuntur affixa pronomina: *jaack-ed-in-am*, *jaack-ed-in-ad*, *jaack-ed-in-es*, proprie *in meo credere*, *in tuo credere*, *in illius credere*, hoc est, vt Ganander bene reddit, *me credente*, *te credente*, *illo credente*. Sic etiam cum affixis pluralibus,

solet accedere: vt proinde *res-id-en*, *bin-id-en*, vulgo *peruenire*, *videre*, proprie sit actio peruentionis praeteritae, vel perfectae, actio visionis praeteritae, vel perfectae. Hic infinitiuus Persicus exacte conuenit cum Germanico: komm-en, seh-en; venire, videre. Et infinitiui Germanici cur omnino substantiua sint, vt supra monuimus, ex his fortasse patet clarius.

Infinitiui formatiuum Lapponicum est syllabicum *et*, pronunciatu intensiore *edt*, leniore *ed*: commune cum gentibus Slauicis, tantum vocali variante; procul dubio et hoc de lingua primigenia tam late propagatum. Id ego de eadem primitiua radice *te* puto esse, eadem et notione: quae nobis, vocali praemissa, format praeteritum secundum, *et*, *ot*. Nominis valor apte accedit infinitiuis eius significatione forma nominis expressa, *perfectio*, *absolutio*, *consumatio*; vt *taid-et*, scire, *tsabm-et*, pulsare, *él-et*, viuere, *menn-et*, ire, genuine reddita haec valeant: perfectio, absolutio, consumatio, id est, actio sciendi, pulsandi, viuendi, eundi. Congruunt infinitiui Lapponici cum nostris substantiuis absolutis, de verbis eodem certe formatiuo natis: *szeret-et*, amor; *készül-et*, apparatus; *akar-at*, voluntas; *indúl-at*, motus.

Idem formatiuum, sed praefixum radicibus, תְּ (*ti*), facit et Hebraeis nomina, cum notione actionis absolutae; vt tanto sit euidentius et Lapponum infinitiuos nomina valere. תִּקְוָה (*tikvá*), exspectatio, de verbo קָוָה (*kává*), exspectauit; תַּגְמוּל (*tagmúl*), retributio, de verbo גָּמַל (*gámal*) retribuit.

His, vt opinor, iam satis probauimus, et formatiua infinitiuorum significantia esse, et ipsos infinitiuos his augmentis nomina praestare verbalia.

(2) Infinitiui constructi, praeter apertam demonstrationem personarum, ad quas referuntur, habent etiam elegantias singulares: quae, concinnis Latino-

rum compendiis quomodo sint pares, in syntaxi opportunius explanantur.

Notat Gyarmathius (pag. 28.), etiam Lapponum infinitiuos affixis pronominibus augeri solere; eosque nostris exhibet simillimos, adiecta nostrorum interpretatione ad Lapponicos, mea quidem sententia, non apta, neque fideli. Quod bona cum venia Viri Clarissimi dictum esse volo, vnice veritatis eruendae studio: ne, ex omni falsa specie, vana captetur similitudo.

Nostri infinitiui soli sunt in his exemplis, tantum affixis pronominibus aucti, et cum verbo finito constructi: *hinn-em kell*, *hinn-ed kell*, *hinni-e kell*, credere me oportet, credere te oportet, credere illum oportet; *hinn-ünk kell*, *hinn-etek kell*, *hinni-ek kell*, credere nos oportet, credere vos oportet, credere illos oportet. Lapponici vero, vt eos Ganander sistit (Annotatione 4 in Actiuum *Kal*), aliam habent interpretationem, nullo finito verbo ipsis adiecto: *jaack-ed-in-am*, me credente; *jaack-ed-in-ad*, te credente; *jaack-ed-in-es*, illo credente; *jaack-ed-ini-eme*, nobis credentibus; *jaack-ed-ini-ede*, vobis credentibus; *jaack-ed-in-asa*, illis credentibus. Haec affixio qua ratione fiat, illico explanat (Annotatione 5): infinitiuo *jaack-ed*, credere, addi primum postpositionem *in*, geminam nostrae *an*, *en*, hic respondentem ipsi omnino *in* Latinae praepositioni, *jaack-ed-in*, genuine *in credere*, hoc est, *in credendo*, vt Ganander interpretatur exemplo alio, *inter credendum*; huic deinde formae, seu casui iam mediatiuo, vt ex declinationibus patet, quem ego mallem tamen locatiuum dicere, adnectuntur affixa pronomina: *jaack-ed-in-am*, *jaack-ed-in-ad*, *jaack-ed-in-es*, proprie *in meo credere*, *in tuo credere*, *in illius credere*, hoc est, vt Ganander bene reddit, *me credente*, *te credente*, *illo credente*. Sic etiam cum affixis pluralibus,

Alia est hic analogia, quam habent infinitiui etiam Hebraici, vt in syntaxi vberius exponitur. Lapponum infinitiui, eodem formatiuo facti, quo fiunt nostra praeterita secunda, sunt substantiua abstracta, absoluta, gemina nostris, proinde simillima ipsis etiam praeteritis. Haec in lingua nostra substantiuorum valore sumta, affixis pronominibus aucta, demum accepta etiam postpositione *ben* pro Lapponica *in*, reddunt exacte ipsam omnino Lapponicam constructionem. Sed nostrae, ad maiorem claritatem, addo etiam accusatiuum verbi: *azt hi-tt-em-ben*, *azt hi-tt-ed-ben*, *azt hi-tt-é-ben*, me hoc credente, te hoc credente, illo hoc credente; *azt hi-tt-ünk-ben*, *azt hi-tt-etek-ben*, *azt hi-tt-ök-ben*, nobis hoc credentibus, vobis hoc credentibus, illis hoc credentibus. De affixionis ordine inuerso iam satis dixi in affixione possessiua.

(3) Infinitiuus pro diuersis temporibus non habet formas diuersas. Temporis notionem accipit plerumque a verbo finito, cui iungitur.

Quidam tamen effingunt infinitiuum temporis praeteriti, linguarum peregrinarum imitatione, non ad nostrae indolem; eumque dant compositum ex participio temporis praeteriti secundi, per datiuum expresso, et ex infinitiuo verbi substantiui secundi illi adiecto: ex. gr. *eljöttnek lenni*, aduenisse; *meghaltnak lenni*, mortuum esse. Qua compositione fiunt etiam constructiones, sed omnino vitiosae: *látjuk ſzomſzédunkat eljöttnek lenni*, *kit hallottunk az úton meghaltnak lenni*; videmus vicinum nostrum aduenisse, quem audiuimus in via mortuum esse. Nam linguae indoles haec, et alia huiusmodi, resoluenda poscit per particulam *hogy*, nobis non ingratam, cum verbo finito: *látjuk, hogy eljött ſzomſzédünk*; *kiről azt hallottuk, hogy meghalt az úton*. Sed de his, loco opportuniore, plura dicentur in syntaxi.

Molnárus dedit in paradigmatibus formam infinitiui etiam futuri, factam de futuro subiunctiui: *lát-and-a-ni, lát-hat-and-a-ni; kér-end-e-ni, kér-het-end-e-ni.* Cui et affixa pronomina adiecit: *lát-and a-n-om, lát-and-a-n-od, lát-and-a-ni-a; lát-and-a-n-unk, lát-and-a-n-atok, lát-and-a ni-ok; kér-end-e-n-em, kér-end-e-n-ed, kér-end-e-ni-e; kér-end-e-n-ünk, kér-end-e-n-etek, kér-end e-ni-ek.* Sed huius exemplum neque Perefzlényius secutus est, neque alii melioris notae Grammatici. Quod mihi quidem merito fecisse videntur: quando de tot Scriptoribus nostris vix vllus hoc infinitiuo vsus est.

D. PARTICIPIA.

Participia sunt adiectiua verbalia. Nam verborum, de quibus deriuantur, significationem vel actiuam, vel passiuam, rebus, vel personis, adiectiuorum instar iungunt, tanquam praedicata subiectorum, sed iudicio non completo, tantum ad excitandam notionem compositam: ex. gr. *laborans homo, fatigatus equus, ventura pernicies.*

Secundum leges nominum, praesertim si separata sumantur, recipiunt inflexionem per numeros, et casus omnes, vti adiectiua alia. Imo quaedam etiam per gradus augentur.

De verbis orta retinent et tempora eorum. Et in nostra quidem lingua, de verbis tam actiuis, quam passiuis, habent omnia tria praecipua tempora: praesens nempe; deinde praeteritum, idque duplex, primum, et secundum; demum et futurum. Propriae sunt ipsae horum temporum tertiae personae singulares.

1. TEMPORIS PRAESENTIS.

Participium temporis praesentis, in singulis coniugationum formis, eodem est formatiuo: quod praestat ipsum pronomen *ő*, vocali congruenter mutata *ó*, ille, illa, illud, sed hic relatiui valore, qui, quae, quod, affixum radicibus nudis, et nudatis.

Est nempe hoc participium ipsa tertia singularis persona, temporis praesentis, modi indicatiui, ex antiquissima formatione simplici: *ditsér-ő*, *lép-ő*, *ditsér-tet-ő*; *takar-ő*, *ſzok-ő*, *takar-tat-ő*; sed in his pronominis vocali prioribus mature accommodata, *takar-ó*, *ſzok-ó*, *takar-tat-ó*. Horum genuina significatio haec est, affixi pronominis vi demonstratiue sumta, *laudat-ille*, *graditur-ille*, *laudatur-ille*, *tegit-ille*, *suescit-ille*, *tegitur-ille*: ea vero relatiue accepta, *qui-laudat*, *qui-graditur*, *qui-laudatur*, *qui-tegit*, *qui-suescit*, *qui-tegitur*. Et hac notione accommoda accepit persona tertia valorem participii.

Latina ergo huius temporis participia, in verbis actiuis, et deponentibus, *laudans*, *gradiens*, *tegens*, *suescens*, nobis proprie hoc valent, quod eadem reddunt et Latine, adhibita resolutione, *qui laudat*, *qui graditur*, *qui tegit*, *qui suescit*; passiua vero, qualia Latini non habent in praesenti, eadem omnino resolutione apte exprimuntur, restituto relatiuo, quod latet in nostris, *qui laudatur*, *qui tegitur*.

OBSERVATIONES.

OBSERVATIONES.

Cur praesens hoc participium ipsam esse dicamus eiusdem temporis tertiam personam singularem: inducimur similitudine participiorum temporis praeteriti secundi; quae reuera tertiae sunt personae singulares temporis eiusdem, sed nullo affixo pronomine demonstratae. Eandem rationem videbimus in participiis temporis praeteriti primi.

Affixo pronomini, personam demonstranti, valorem vsu accommodo in his relatiuum tribuere, pronum est. Sed audacius hoc fecimus singulari antiquitatis exemplo incitati: quod occurrit in celebri Allocutione Funebri. In Commentario illi adiecto satis de hoc egimus (Ant. Lit. Hung. Vol. I. §. 56, et seqq.). Quae ibi fusius dicta sunt, et hic strictim repetimus.

Verbi *teremt*, creat, praeteritum primum in abstracto est *teremt-e*, creauit. Hoc, antiquissima per personas inflectendi ratione, accepit in tertia persona singulari, ad eam clare demonstrandam, affixum pronomen personae eiusdem, cum halitu obscuro *v*, *teremt-é-ve*, et eo cum leni *j* alternante, *teremt-é-je*, creauit-ille; vti in secunda, cum vocalium concretione, *teremt-é-d*, creasti tu, in prima *teremt-é-m*, creaui ego, itidem affixa pronomina his personis conuenientia. Sic de *él*, viuit, praeteritum primum in abstracto *él-e*, vixit, eadem antiquissima formatione accepit personam tertiam demonstratam, *él-é-ve*, *él-é-je*, vixit-ille; secundam *él-é-d*, vixisti-tu; primam *él-é-m*, vixi-ego.

Prius *teremt-é-je* finiti verbi valore sic in eo monumento legitur: *Mennyi malafztban teremt-é-je — müösünket;* In quanta gratia creauit-ille — progenitorem nostrum. Mox occurrit forma eadem etiam participii valore: *Hall-á-ja holtát teremt-é-je Istentöl.* Vbi affixum pronomen certe vim habet iam relatiui: Audiuit-ille mortem suam ab eo, *qui* ipsum *creauit*, Deo, a crean-

te Deo, a creatore Deo. Quod posterius adduximus *él-é-je*, sed illic priore positum loco, valore omnino participii, quod iam in substantiuum migrauit, Deumque significat, qui solus vere viuit, affixum pronomen habet iterum pro relatiuo: *Mennyi malaſztban teremt-éje él-é-je mí ösünket;* In quanta gratia creauit-ille, *qui-vixit*, qui-viuit, hoc est, viuens, Deus ipse, progenitorem nostrum.

Ergo et praesentis temporis tertia singularis persona, formatione antiquissima, accepto eiusdem personae affixo pronomine, verum sine halitu, ad eam clare demonstrandam, *ditsér ö*, *lép-ö*, *ditsér-tet-ö*, *takar-ó*, *ſzok-ó*, *takar-tat-ó*, sic reuera inualuit vsu etiam participii, temporis eiusdem, affixi pronominis vi iam relatiua: qui-laudat, qui-graditur, qui-laudatur, qui-tegit, qui-suescit, qui-tegitur; hoc est, laudans, gradiens, tegens, suescens, in actiuis certe, neutris, et deponentibus; in passiuis vero latente relatiuo, vt iam dedimus, expresso. Hic est superstes forma primitiua, in solis nimirum participiis. Alia, quae viget hodie in his personis tertiis, per formam verborum determinatam serius defixam, in actiuis, et in neutris actiue constructis, de eadem priore nata est, pronominis mutatione, vt loco suo satis exposuimus, *ditsér-i*, *által-lép-i*, *takar-ja*, *meg-ſzok-ja;* in passiuis vero diuersa successit, alio pronomine in prioris locum substituto, *ditsér-tet-ik*, *takar-tat-ik*.

Esthones in vtraque dialecto, Revalensi, et Dörptensi, duplex habent participium praesens, cum nostro pulchre congruens, et modo eodem explanabile.

Primum est *walmistaw*, parans; *armistaw*, amans; *leidwa*, reperiens; *uskwa*, credens. In his formis manifestum est pronomen commune, idque cum halitu, *vö*, vocali mutata, etiam absorpta, vel praemissa: vt proinde et illis *walmist-a-w* proprie sit parat-ille, *armist-a-w* amat-ille, *leid-wa* reperit-ille, *usk-wa* credit-

ille; pronomine vero relatiui valore expresso, qui-parat, qui-amat, qui-reperit, qui-credit. Verba posteriora, paucis mutatis, prorsus nostra sunt: *lel-vö*, *hifz-vö*; quae hodie sic vigent, *lel-ő*, *hi-v-ő*.

Fennorum participium futuri temporis, vsu promiscuo idem et praesentis, formam habet eandem, *säästä-wä*, *sano-wa*: quare et hoc ita vulgo expressum, parcens, dicens, genuine hoc est valore, parcit-ille, dicit-ille, vel potius qui-parcit, qui-dicit.

Alterum participium Esthonicum est *walmistaja*, *armistaja*, *leidja*, *uskuja*, parans, amans, reperiens, credens. Tale est et Lapponicum: *wadd-e-je*, dans; *tsabm-e-je*, pulsans. Conuenit cum hoc et Fennicum: *curitt-a-ja*, castigator; *husitt-a-ja*, incitator. In his eadem affixa pronomina, *je*, *ja*, tantum halitu leni expressa, more prorsus nostro, qui postea inualuit, clara omnino, et manifesta sunt; vt proinde idem sit et horum valor genuinus: *qui-parat*, *qui-amat*, *qui-reperit*, *qui-credit*, *qui-dat*, *qui pulsat*, *qui-castigat*, *qui-incitat*. Et plerumque sic ea redduntur tam in Grammaticis, quam in Lexicis. Quandoque etiam substantiuorum forma, *dator*, *pulsator*: qua Fennica dedimus, *castigator*, *incitator*; qua et nostra saepe exprimuntur, *fzeret-ő*, amator, *lel-ő*, repertor, inuentor. Verosimile est, easdem tertias personas singulares, sed nostra lege formatas, sine connectente congrua vocali, quam in linguis affinibus obseruo adhibitam fuisse, *ad-ja*, *tsap-ja*, *hurít-ja*, *ufzít-ja*; dat-ille, pulsat-ille, castigat-ille, incitat-ille, apud nos quoque, in aliqua dialecto, vna etiam participia valuisse, qui-dat, qui-pulsat, qui-castigat, qui-incitat: vt illa superiora vidimus in vsu fuisse de praeterito primo, *teremt-é-je*, *él-é-je*, qui-creauit, qui-vixit, creans, creator, viuens.

In tenebris palpat Magna Grammatica Debretzinensis (Part. VI. §. LXXXI. pag. 101.), et per amba-

ges aberrat a recto tramite: quando in participiis *ta-nít-ó*, *ſzeret-ő*, *ó* de *való*, *ő* de *lévő*, sumtum esse docet, quasi ita haec essent, *tanít-való*, *ſzeret-lévő*. Ignoratur *ő*, et *ó* de eodem *ő* congruenter mutatum. Neque obseruatur, idem iis etiam, de quibus resecatur, ita esse adiectum; *val-ó*, *lé-v-ő*; vti alteris inde resectum adnectitur, *tanít-ó*, *ſzeret-ő*, docet-ille, amat-ille, qui-docet, qui-amat, id est, docens, amans. Radices *val*, et *le*, euoluuntur in verbis irregularibus. Forma *val-ó* proprie hoc est valore, est-ille, qui-est, ens; *lé-v-ő* autem est-ille, fit-ille, qui-est, qui-fit, ens, et, vt sic dicamus, fiens.

In Turcarum quoque participio secundo, *sew-en*, *bdk-an*, amans, adspiciens, quod sic etiam redditur, qui-amat, qui-adspicit, affixum *en*, *an*, mihi quidem pronomen esse videtur, *ipse*; quod loco suo iam clare euolutum dedimus, et in reflexis verbis iterum Turcicis valore eodem recurrere videbimus. Primum vero participium *sew-er*, *bak-ar*, amans, adspiciens, auxilio verbi substantiui *war*, halitu amisso *ar*, et vocali congruenter mutata, formatum esse reor: vt *sew-er*, etiam auxilii vi expressa, forma quodammodo nominis, *ens*, *habens*, sit amatio-ens, amationem-habens; *bak-ar* autem adspectio-ens, adspectionem-habens. Fortasse non vane arguo, quod per occasionem indico, et in Latino huius temporis participio substantiuum verbum modo fere eodem latere, *doc-ens*, *am-ans*. Turcicum participium tertium, *sew-idsi*, *bak-idsi*, vulgo amans, et amator, adspiciens, et adspector, coaluit accepto affixo *idsi*, per *dsim*, seu גּ (*gimel* inferne punctulo notatum), proinde sibilans in hac dialecto, de communi cum Hebraeis radice יָגַע (*jága*); laborauit, laborans, labor, Turcis notione vicina *factor*, amationis-factor, adspectionis-factor.

Esthonica participia secunda *walmistaja*, *armistaja*, quibus analoga adiecimus et Lapponica *waddeje*, *tsabmeje*, et Fennica *curittaja*, *husittaja*, licet supra, ex similitudine tam exacta, indicauerimus nata esse accepto affixo pronomine nobiscum communi: non tamen repugnabimus, si qui ea malint his Turcicis analoga sumere, formata affixo *ja*, *je*, quod sit de *ga* simplicissima radice verbi יָגַע (*jága*), *g* consona lenius expressa, eodem valore, et forma nominis, *factor*: parationis-factor, amationis-factor, etc. id est, parator, amator, etc.

2. TEMPORIS PRAETERITI PRIMI, APTIVS VERO PARTICIPIVM AORISTVM.

Participium temporis praeteriti primi, *ditsérve*, *lép-vè*, *ditsér-tet-ve*, *takar-va*, *ſzok-va*, *takar-tat-va*, est itidem ipsa tertia singularis persona temporis eiusdem, in modo indicatiuo, formatiui *va*, *ve*, hålitu primigenio, qui hic iam dudum exspirauit, in participii forma adhuc superstite. Id quoque radicibus nudis, et nudatis, eadem accedit lege, quam satis iam exposuimus in formatione praeteriti primi.

Valor illi datus verbi forma, sine aperta ad personam restrictione, *laudauit*, *gressus est*, *laudatus est*, *texit*, *sueuit*, *tectus est*, vsu participii est quidem cum eadem praeteriti notione, saepe vero praestat et praesens; vt propterea indefinitum, siue aoristum, apte dici possit, a verbo finito, quocum construitur, definiendum: *qui laudauit*, *qui gressus est*, *qui laudatus est*, *qui te-*

xit, *qui suevit*, *qui tectus est*; idem etiam *qui laudat*, *qui graditur*, *qui laudatur*, *qui tegit*, *qui suescit*, *qui tegitur*; resolutione per relatiuum tantum ad claritatem adhibita, ex Latini sermonis indole; cum id in nostra hac forma, omni pronomine nuda, non lateat.

Verum est hoc participium, adiectiuum omnino verbale: quandoquidem, per casus, et numeros inflexum est, vsu certe veterum. Imo accepit et ipsa adeo affixa pronomina, ad indicandam apertam ad personas relationem.

Porro autem vt adiectiuum habet et aduerbii formam, accepta postpositione *an*, *en*; cuius vocalis cum participii vocali in vnam longam coalescit: *ditsér-vé-n*, *lép-vé-n*, *ditsér-tet-vé-n*, *takar-vá-n*, *ſzok-vá-n*, *takar-tat-vá-n*; de prima formatione, *ditsér-ve-en*, etc. *takar-va-an*, etc.

OBSERVATIONES.

(1) Hoc participium olim per casus, et numeros, inflexum fuisse, satis probat exemplum, licet vnicum de tot participiis diu sic variatum, *rakva*, de verbo *rak*, passiue sumtum, *confertus*, *completus*, *refertus*, *repletus*. Habet id Pázmánus in datiuo: *Híváság-gal rakvának érzené minden javát e' földnek* (Thom. Kempens. Libr. I. Cap. XV.); Vanitate refertum sentiret omne bonum huius terrae. Occurrit in accusatiuo apud Telegdium: *Az én postillámat*, *úgy mint semmit*, *és minden tévelygésekkel rakvát*, *neveti* (In Praef. Part. II.); Postillam meam, tanquam nihilum, et omnibus erroribus refertum, ridet. Item apud Pétsium: *Kivettetvén Ádám paraditsomból ez állapatra*, *mellyet mind-*

nyáján számtalan nyomorúsággal rakvát nyilván látunk (fol. 50. pag. adu.); Eiectus Adamus e paradiso in hunc statum, quem cuncti innumerabili aerumna refertum esse clare videmus. Legitur in plurali apud eundem Pétsium: *Az Urnak irgalmasságával rakvák a' vizek* (fol. 3. pag. auers.); Misericordia Domini repletae sunt aquae. Deinde apud Lépesium: *Az útszák rakvák valának sokaságos tsodáló néppel* (De Regn. Coel. pag. 91.); Plateae confertae erant frequentissimo populo admirante. Sed in plurali recurrunt et alia exempla apud antiquiores, praesertim in Codice MS. Transl. Bibl. *Uron nyugosznak vala mondvák* (Micheae III. 11.): Super Dominum requiescebant dicentes.

Exhibet vero rarum hoc monumentum et alia huius participii exempla prorsus singularia, affixis pronominibus aucta, ad indicandam apertam ad personas relationem: ex quo patet tanto clarius, id antiquis reuera participium fuisse.

De iis produco praecipua, et prima quidem cum afffixo pronomine personae primae, singularis numeri. *Én lelkemet, és testemet adom mü atyáinknak törvényeikért, imádvám Urat* (II. Machab. VII. 37.): Animam, et corpus meum trado pro patriis legibus, adorans Dominum (inuocans Deum). *Ennen magam meghagyatvám látám e' nagy látatot* (Dan. X. 8.): Ego relictus solus vidi visionem grandem hanc.

Sequuntur alia cum affixis pronominibus pluralibus. Personae primae; *Hogy élvénk ditsérjük te nevedet* (Esther XIII. 17.): Vt viuentes laudemus nomen tuum. *Nem hittunk hitötlenkedvénk ö benne* (Baruch I. 17.): Non credidimus diffidentes in eum. *Bünhödtünk eltávozvánk te töled* (Dan. III. 29.): Peccauimus recedentes a te.

Personae secundae: *Esmég megfordulvátok tízszer inkább megkeresitek ötet* (Baruch IV. 28.): Iterum con-

uertentes decies tantum requiretis eum. *Bémenvétek Babiloniába lefztek ott* (Idem VI. 2.): Ingressi Babyloniam eritis ibi. *Időt mulattok, tudvátok, hogy elment tőlem a' befzéd* (Dan. II. 8.): Tempus redimitis, scientes, quod recesserit a me sermo.

Personae tertiae: *Te fzolgáid után futnak vala, bízvájuk fzekereikben* (Iudith IX. 16.): Post seruos tuos currebant, confidentes in quadrigis suis. *Bémenvéjek a' királyhoz, valamit kértenek, vefzik vala* (Esther II. 13.): Ingredientes ad regem, quidquid postulassent, accipiebant. *A' férfiak, megértvéjek a' királyt, mondának neki* (Dan. VI. 15.): Viri, intelligentes regem, dixerunt ei.

Secundae, et tertiae singularis personae pronomen huic participio sic affixum non reperi. Sed per analogiam vltro infertur, eundem vsum olim et in his viguisse. Duo de iis, quae adducta sunt exempla, per omnes tres personas, in vtroque numero, lubens inflecto: vt ista ratio, tam singularis, hoc participium ita construendi, tanto sit clarior.

Sing. Pers. 1. *Élvém ditsérem én Uram nevét.* Viuens-ego laudabo Domini mei nomen.
2. *Élvéd ditséred te Urad nevét.* Viuens-tu laudabis Domini tui nomen.
3. *Élvéje ditséri ő Ura nevét.* Viuens-ille laudabit Domini sui nomen.

Plur. Pers. 1. *Élvénk dítsérjük mí Urunk nevét.* Viuentes-nos laudabimus Domini nostri nomen.
2. *Élvétek ditséritek tí Uratok nevét.* Viuentes-vos laudabitis Domini vestri nomen.
3. *Élvéjek ditsérik ő Urok nevét.* Viuentes-illi laudabunt Domini sui nomen.

Sing. Pers. 1. *Lelkemet, és testemet adom a' törvényért, imádvám az Urat.* Animam meam, et

corpus meum tradam pro lege, adorans Dominum.

2. *Lelkedet, és testedet adod a' törvényért, imádvád az Urat.* Animam tuam, et corpus tuum trades pro lege, adorans Dominum.

3. *Lelkét, és testét adja a' törvényért, imádvája az Urat.* Animam suam, et corpus suum tradet pro lege, adorans Dominum.

Plur. Pers. 1. *Lelkünket, és testünket adjuk a' törvényért, imadvánk az Urat.* Animam nostram, et corpus nostrum trademus pro lege, adorantes Dominum.

2. *Lelketeket, és testeteket adjátok a' törvényért, imádvátok az Urat.* Animam vestram, et corpus vestrum tradetis pro lege, adorantes Dominum.

3. *Lelköket, és testöket adják a' törvényért, imádvájak az Urat.* Animam suam, et corpus suum tradent pro lege, adorantes Dominum.

Sed habet idem monumentum hoc participium forma etiam aduerbiali. *Az idö ſzerével elmúlván jelen vala a' nap* (Esther II. 15.): Euoluto tempore per ordinem instabat dies. *Hivatlan bémegyek a' királyhoz, törvény ellen tévén, és adván magamat halálnak* (Ibid. IV. 16.): Ingrediar ad regem non vocata, contra legem faciens, tradensque me morti.

Forma aduerbialis nata est ad interrogationem *hogy-an*, quomodo, propter affixam postpositionem *an* genuine in quo modo: *ditsér-vén*, *takar-vá-n*, vt vulgo Latine redditur, laudando, tegendo; sed postpositionis vi expressa certe et hoc est potius *in laudando*, *in tegendo*, imo vero data et participii notione propria, ex formatione prima, in abstracto, nominis

valore, *in laudatione*, *in tectione*; eo etiam exactius in praeterito, *in laudatione praeterita*, *in tectione praeterita.* Sic et alia notionis passiuae, et neutrius.

Verum ipsa etiam forma pura, non variata, veterum nempe exemplis sensim exoletis, et obliuione sepultis, vulgo pro aduerbio habetur; cum tamen reuera adiectiuum sit, vel absoluta, sine vlla inflexione.

Inde formam vtramque nonnulli iam gerundium esse dicunt, Latina quadam similitudine abducti: quod saepe, verbis finitis iuncta, eum sensum faciant, praesertim ad interrogationem *quomodo:* qui in Latino ablatiui casus gerundio exprimitur, vt paulo ante vidimus in forma aduerbiali. Sed et Latina participia, non solum gerundia, respondent saepe eidem interrogationi: ex. gr. *quomodo illum vidisti? iacentem*, *gementem.* Sola ergo haec ratio non sufficit ad gerundiorum compellationem. Deinde formam aduerbialem, per eandem postpositionem *an*, accipiunt et altera praeteriti temporis participia, ad eandem interrogationem *hogyan: elfáradt-an*, *és megázott-an állunk itt:* defatigati, et madefacti stamus hic. Num igitur et haec gerundia dicemus propterea? Sic poscit lingua nostra saepe et alia adiectiua: *mikor láttunk tégedet betegen*, *és ſzarándokon?* Quae tamen Latine non sic efferimus, verum cum substantiuis suis concordantia: *quando te vidimus aegrotum, et peregrinum?* Ergo et priora participia, reuera vt participia, vt adiectiua, eandem recipiunt construendi rationem. Vtque illa exposita sunt nominum valore, genuina construendi ratione ad verbum reddita; proprie sic redduntur et ista: *in defatigato*, *in madefacto stamus hic; quando te vidimus in aegroto*, *in peregrino?*

Illa priora cum sint reuera participia, ortum suum a tempore homologo ducere debet. Formatio praeteriti primi, quam dedi, vt opinor, ad euidentiam, mani-

festa est in his: idem nempe formatiuum, eodem valore, eadem forma, solo halitu auctior, tenacitate soni primigenii, exstat in his adeo aperte; vt alia eius explanatio prorsus reiicienda sit; quam nonnulli tentant, in his Magna etiam Grammatica Debretzinensis (Part. VI. §. LXXXII. pag. 103.), incerta significatione, per ambages, et violenta detorsione. Nihil est eo simplicius, neque verius; quam quod omnium clarissime ostendit praeteriti secundi participium: omnino ad huius analogiam et reliqua participia esse ipsas tertias personas singulares temporum homologorum.

(2) Participia temporis praeteriti primi, de verbis actiuis formata, eadem sumuntur vulgo notione etiam passiua: vt supra habuimus *rakva*, proprie qui repleuit, qui refersit, pro *rakatva*, quod vere hoc reddit, repletus, refertus. Sed in his discrimen esse faciendum aperte monet cum veterum, etsi non constans, et perpetua, frequens tamen accuratio; tum quam maxime linguae integritas, nostro cumprimis studio, et hac parte vindicanda.

Damus huiusmodi exempla primum participii puri, siue absoluti. Curiosus fuit huius discriminis Pázmánus: *Ez elött fel valának ékesíttetve; de most, özvegyen, és letapodtatva, gyázban ülnek* (Libr. Prec. pag. 369.): Antea erant exornatae: sed nunc, viduae, et conculcatae, in luctu sedent. Speculum Poenitentiae: *Az isteni szeretet, az kivel meg vagy környékeztetve* (K. 3.): Amor diuinus, quo circumdatus es. *Ki annyi vétkekkel meg vala terheltetve* (L. 1.): Qui tot peccatis erat oneratus. Item et Marosvásárhelyius: *El vala jegyeztetve* (pag. 667.): Erat desponsata. Sic et Lépesius: *Kezeink lábaink egybe köttetve* (De Infern. pag. 244.): Manus nostrae, et pedes nostri colligati. Demum et Telegdius: *Ha nem találtatnak is megíratva* (Part. II. pag. 154.): Etiamsi non inueniantur scripta.

Sistimus alia in forma iam aduerbiali. Primum quidem ex eodem Telegdio: *El vagynak ezek rejtetvén* (Part. III. pag. 668.): Sunt haec abscondita, genuine vero, participio abstracti nominis valore expresso, sunt haec in abscondito. Deinde ex Draskovitsio: *A' szent írásnak mondási meg voltanak magyaráztatván; és az isteni tudománynak regulája meg volt erősíttetvén* (P. 4.): Dicta sacrae scripturae erant explanata; et regula diuinae doctrinae erat confirmata; hoc est, erant in explanato, erat in confirmato. His addimus Károlyianum: *Setétségben ülnek, megkötöztètvén keserűséggel, és vassal* (Psalm. CVI. 10.): Sedent in tenebris, vincti amaritudine, et ferro; proprie et hoc in vincto. Antiquiora subiungimus ex Sacris Sermonibus MSS. de B. V. M. *Az te akaratodért vagynak teremtetvén*: Ex voluntate tua sunt creata; sunt in creato. Demum ex Codice MS. Transl. Bibl. *Melly igéket beszéllett vala Akior Olofernestől kérdeztetvén* (Iudith VI. 12.): Quae verba locutus fuerat Achior ab Holoferne interrogatus; in interrogato ab Holoferne. *A' férfiak megkötöztetvén eresztetének a' tűzzel égő kementzének közepébe* (Dan. III. 21.); Viri illi vincti missi sunt in medium fornacis ignis ardentis; ita prorsus et hoc, viri illi in vincto missi sunt.

muni, halitu tamen expresso, ita sane et nostri antiquitus dixerunt: *vol-én*, *vol-ed.* Tertia porro persona et Fennis, et Esthonibus, est *on*, certe contractum ex *olon:* idem et nostris cum halitu *vol-on*, ex *vol* et *ön*, etiam contractum *von;* quemadmodum viget hodieque *van* de *vagyon.* Eorundem pluralia, *olemme*, *olleme*; *olette*, *ollete*; *owat*, *ommad*; vltro dant et nostrorum formationem antiquissimam: *vol-mü*, *vol-tü*, *vol-vök*, *vol-ök*, *t* in *k* mutato, ex *vol-vöt*, *vol-öt.*

Idem hoc verbum, cum nostro halitu; tam hodiernis nostris terminationibus, *ván* in praesenti, *vál* in imperfecto; quam illa etiam primigenia, et obtuso vocalis sono, *vui* in praeterito, *vuo* in futuro, et in infinitiuo *vuuni*, *vujni;* est etiam apud Votjákos in vsu, teste Gyarmathio (pag. 184.).

Ex eodem discimus, id sine adspiratione, Fennorum, et Esthonum more, superesse etiam apud Tscheremissos, *ul:* per personas inflexum *ulám*, *ulát*, *ulo;* sum, es, est. In quo clara sunt et nostra pronomina, harum personarum formatiua, *vol-ám*, *vol-ád*, *vol-ö;* antiquissima formationum lege. Idem in plurali sic est: *ulna*, *ulda*, *ulut;* sumus, estis, sunt. In quo affixa pronomina video ex vsu primigenio: *na* pro *nu*, *nü;* *da* pro *tu*, *tü;* *ut* pro *ot*, *öt*, cum *t*, antiquissimo pluralis formatiuo, vt apud Fennos, et Esthones: *vol-nü*, *vol-mü; vol-tü; vol-öt*, *vol-ök.* Confer ista cum iis, quae sunt euoluta in pronominibus. In praeterito mutatur *ul* in *il; ilem*, *iletz*, *ile;* fui, fuisti, fuit. Secundae personae formatiuum *t* sibilat, vti docui in pronominum euolutione. Sed eius futurum, deinde imperatiuus, et infinitiuus, vt nostri apud nos hodie verbi, ex altero suppletur verbo substantiuo: *lijám*, *lijàt*, *lijés*, etc. In *lijés*, persona huius temporis tertia, sibilat formatiuum, certe ex *hu:* quod est aeque iam satis explanatum exemplis Lapponicis inter pronomina nostra.

Idem verbum, sine halitu, habent et Turcae: *ol-mak*, esse, fieri; resecto infinitiui formatiuo *mak*, restituta radix *ol* prorsus eadem est, quae Fennorum, et Esthonum. Vide Meninskii Institutiones Ling. Turcicae.

Atque his puto me satis expeditam reddidisse eorum rationem, quae diuersa occurrunt in nostro verbo substantiuo: duplex nempe radix *vagy*, et *val*, atque haec secunda obscura etiam vocali, *vol;* et, quae hodie vsurpamus huius verbi tempora, ea de diuersis istis radicibus ad nos esse propagata, et nostra plane formatione regulari; excepta praesentis temporis, tertia, et secunda persona singulari.

Quae desunt hodie nostro verbo substantiuo; futurum nempe, deinde imperatiuus, et infinitiuus: ea olim certe in neutra eius forma defuerunt. Id obseruare monemur tam in *vagy*, exemplo Lapponum, et Votjakorum; quam etiam in *val*, exemplo Fennorum, et Esthonum. His et nostri maiores, aetate remotissima, saue ita sunt vsi, variante dialecto, formatione personarum diuersa, quae successu temporum mutata est. Hanc mutationem, in pronominum euolutione satis probatam, atque hic etiam aliqua parte memoratam, si attentius spectemus: non fictum, sed olim verum omnino fuissé reperiemus paradigma; quo Gyarmathius huius verbi tempora, quibus hodie deficit, ad exemplum Esthonicum restituere conatus est (*pag.* 138). Deinde, vtraque huius Verbi radice, *vagy*, et *val*, clare euoluta, neque eo facto suo chimaeras, et somnia, obtrudere putandus est Vir Clarissimus: quod de vtraque regularem deduxerit, temporum, et personarum formationem (*pag.* 39.). Ea nihilominus puto me exactius indicasse, et hic, et in pronominum euolutione: quae vtrumque hoc paradigma genuine reducant ad morem nostrum, et antiquum, et medium; ex quo postea transitus factus est ad hodiernum.

Praeterea probare non possum de altero Lapponum verbo substantiuo *orr*, est, et manet, deriuationem, mea quidem opinione violentam, nostri verbi *örökül*, perpetuus, aeternus fit. Huic *orr* geminum est Turcicum *war*, vel idem potius, tantum halitu differens, aeque duplici valore, est, et habet. Si quid coniecturis tribui potest: multo procliuius est ea de *ol*, et *val*, in has formas degenerasse, litera *l* in *r* mutata; quarum alternatio nota est. Lapponum *kalmad*, *halmad*, tertius, nobis est *harmad*. Quamquam et hoc admodum probabile est, vt in aliqua linguae primigeniae dialecto antiquissima et haec fuerit verbi substantiui forma peculiaris, *ar*, *er*, *or*. Quae, vt superest cum halitu apud Turcas, *war*; vt praeterea apud Lappones cum geminata consona, *orr*: ita etiam ad Germanos, et ad ipsos adeo Latinos, penetrasse videtur. Germanorum quidem war, er war, cum halitu mire congruit. Latinorum porro verbum substantiuum, per tempora inflexum, clare patet de tribus esse formis distinctis. Eius praeteritum, *fui*, et reliqua tempora de eo deriuata, notant Grammatici esse de antiquo verbo *fuo*. Praesens, cuius formam antiquam Varro hanc dat *esum*, *es*, *est*, et quae inde descendunt tempora, non temere videntur mihi reduci ad linguae primigeniae verbum, *esch*, *its*. *sa*, *su*, de quo mox agam. Futurum porro, et imperfectum indicatiui, de eodem antiquissimo semine *er*, apud Turcas, et Lappones superstite, sed vocali mutata, deriuari, aeque magna est verisimilitudo; *er-o*, *er-am*.

Verbum *vagyon* in praesenti tempore duplex habet negatiuum, prorsus singulare, tertiae tantum personae, in vtroque numero.

Nints, *nintsen*. Non est. *Nintsenek*. Non sunt.
Sints, *sintsen*. Neque est. *Sintsenek*. Neque sunt.

Idem verbum, sine halitu, habent et Turcae: *ol-mak*, esse, fieri; resecto infinitiui formatiuo *mak*, restituta radix *ol* prorsus eadem est, quae Fennorum, et Esthonum. Vide Meninskii Institutiones Ling. Turcicae.

Atque his puto me satis expeditam reddidisse eorum rationem, quae diuersa occurrunt in nostro verbo substantiuo: duplex nempe radix *vagy*, et *val*, atque haec secunda obscura etiam vocali, *vol;* et, quae hodie vsurpamus huius verbi tempora, ea de diuersis istis radicibus ad nos esse propagata, et nostra plane formatione regulari; excepta praesentis temporis, tertia, et secunda persona singulari.

Quae desunt hodie nostro verbo substantiuo; futurum nempe, deinde imperatiuus, et infinitiuus: ea olim certe in neutra eius forma defuerunt. Id obseruare monemur tam in *vagy*, exemplo Lapponum, et Votjakorum; quam etiam in *val*, exemplo Fennorum, et Esthonum. His et nostri maiores, aetate remotissima, saue ita sunt vsi, variante dialecto, formatione personarum diuersa, quae successu temporum mutata est. Hanc mutationem, in pronominum euolutione satis probatam, atque hic etiam aliqua parte memoratam, si attentius spectemus: non fictum, sed olim verum omnino fuissé reperiemus paradigma; quo Gyarmathius huius verbi tempora, quibus hodie deficit, ad exemplum Esthonicum restituere conatus est (*pag.* 138). Deinde, vtraque huius Verbi radice, *vagy*, et *val*, clare euoluta, neque eo facto suo chimaeras, et somnia, obtrudere putandus est Vir Clarissimus: quod de vtraque regularem deduxerit, temporum, et personarum formationem (*pag.* 39.). Ea nihilominus puto me exactius indicasse, et hic, et in pronominum euolutione: quae vtrumque hoc paradigma genuine reducant ad morem nostrum, et antiquum, et medium; ex quo postea transitus factus est ad hodiernum.

Praeterea probare non possum de altero Lapponum verbo substantiuo *orr*, est, et manet, deriuationem, mea quidem opinione violentam, nostri verbi *örökül*, perpetuus, aeternus fit. Huic *orr* geminum est Turcicum *war*, vel idem potius, tantum halitu differens, aeque duplici valore, est, et habet. Si quid coniectūris tribui potest: multo procliuius est ea de *ol*, et *val*, in has formas degenerasse, litera *l* in *r* mutata; quarum alternatio nota est. Lapponum *kalmad*, *halmad*, tertius, nobis est *harmad*. Quamquam et hoc admodum probabile est, vt in aliqua linguae primigeniae dialecto antiquissima et haec fuerit verbi substantiui forma peculiaris, *ar*, *er*, *or*. Quae, vt superest cum halitu apud Turcas, *war*; vt praeterea apud Lappones cum geminata consona, *orr*: ita etiam ad Germanos, et ad ipsos adeo Latinos, penetrasse videtur. Germanorum quidem war, er war, cum halitu mire congruit. Latinorum porro verbum substantiuum, per tempora inflexum, clare patet de tribus esse formis distinctis. Eius praeteritum, *fui*, et reliqua tempora de eo deriuata, notant Grammatici esse de antiquo verbo *fuo*. Praesens, cuius formam antiquam Varro hanc dat *esum*, *es*, *est*, et quae inde descendunt tempora, non temere videntur mihi reduci ad linguae primigeniae verbum, *esch*, *its*, *sa*, *su*, de quo mox agam. Futurum porro, et imperfectum indicatiui, de eodem antiquissimo semine *er*, apud Turcas, et Lappones superstite, sed vocali mutata, deriuari, aeque magna est verisimilitudo; *er-o*, *er-am*.

Verbum *vagyon* in praesenti tempore duplex habet negatiuum, prorsus singulare, tertiae tantum personae, in vtroque numero.

Nints, *nintsen*. Non est. *Nintsenek*. Non sunt.
Sints, *sintsen*. Neque est. *Sintsenek*. Neque sunt.

Verbum hoc defectiuum impersonale dici potest. *Nints*, et *sints*, radices sunt, personae vtique tertiae. His tamen, ad eandem personam magis demonstrandam, accedit pronomen *ön*, *nints-ön*, *sints-ön*, cum congrua vocalis mutatione, *nints-en*, *sints-en*. Fiunt eadem pluralia assumta eiusdem pronominis forma plurali, *önök*, vocalibus itidem congruenter mutatis, *nints-enek*, *sints-enek*.

Significatum, quem tantum vsu scimus, dat eundem omnino genuinum euoluta vera eorum origo. *Its* nempe, ex primigenia lingua ad nostros etiam maiores propagatum, nominis valore fuit *ens*, *res*, *aliquid*; idem praestitit et substantiuum verbum *est*. Cum negandi particula *nem*, non, compositum, *nem-its*, valuit *non-est*. Haec compositio, pronunciandi celeritate contracta, praedominante *i* vocali, abiit in *nim-ts*; demum, propter faciliorem pronunciatum, et *m* consona in *n* mutata, migrauit in hodiernum *nin-ts*. Modo prorsus eodem coaluit et cum altera negandi particula *sem*, neque: *sem-its*, *sim-ts*, *sin-ts*.

Superest in lingua Hebraea vocabulum יֵשׁ (*jésch*), proprie *ens*, *res*, *aliquid*; sed quae vsurpatur etiam pro verbo substantiuo *est*, et saepe pro verbo *habet*. Idem Chaldaeis est את (*ith*), ת (*tav*) litera, propter adiunctam adspirationem, certe et his sibilante, *itz*, vel *its*. Apud Arabes viget literis transpositis שי (*schaj*). Eadem hac forma, absorpta tamen י (*jod*) litera, *sa*, Esthonibus est pro altero verbo auxiliari, werden, etiam bekommen, esse, fieri, obtinere, habere: *saan*, ich werde, fio, fiam; *sain*, ich wurde, fiebam; *ol-*

len ṣanud, ich bin geworden, factus sum. Est et Persis sibilo aspero *'süden*, *schüden*, quod valet fieri, esse, datque radicem, resecto infinitiui formatiuo, *'sü*, *schü*, fit, est. Idem hoc vocabulum, tot gentibus commune, exigua sibili differentia, eadem tamen significatione praecipua, ab eadem primigenia origine ad nos quoque deductum est, sono, et forma Chaldaicae quam proxima, *its*. Sed verbi vsu separatum iam dudum exoleuit. Nominis valore quomodo supersit, alibi doceo. Nunc compositionis rationem, quam exposui, videamus in aliquo affinium gentium exemplo.

אַיִן (*ain*) Hebraeis est particula negatiua, et priuatiua, idem, quod לֹא (*lo*), significans: *non*, *nihil*, *nullum*. Eius י (*jod*) in statu constructo quiescit in vocali .. (*tzere*), אֵינֶנִי (*éneni*), non ego: quae tamen saepe mutatur in . (*chirek*), אִין (*in*). Huic אִין (*in*) iungitur porro et יֵשׁ (*jesch*): אִינ יֵשׁ (*in jesch*), non est. Eodem certe modo iuncta est olim et nostra negatiua particula *nem* nostro verbo *its*, *nem-its*, idemque valuit, non est. Hoc postea pronunciandi celeritate contractum abiit primum in *nïm-ts*, deinde in *nin-ts*.

Vsu simili nata est haec compositio ex partibus in primigenia lingua vsu communibus. *Its* commune vidimus. *Nem* aeque commune est. Nam ex Hebraico אַיִן (*ain*) praefixa מ (*mem*) litera, praepositione asyllaba, decurtata ex מִן (*min*), fit מֵאַיִן (*méén*): proprie *ex nihilo*, *in nihilo*, etiam *absque*, idem et *non*. Hoc, retrograda pronunciatione, quae in aliis etiam vocibus frequens est, conuenit cum nostro *nem*, et sono, et significatione. Sed huius particulae communem originem malo tamen indicare in verbo Hebraico מֵאֵן (*méén*), *renuit*, *recusauit*, *abnuit*, *noluit*. Idem et nobis verbum fuit certe in primordiis; sed postea particulae vsu inualuit retenta eadem omnino significatione *renuendi*, *recusandi*, *abnuendi*.

2. IN VERBO *MEGYEN*.

Inflexio verbi *megyen* aeque de duplici est radice, altera simplicissima, altera auctiore.

Simplicissima radix primigenia est *me*: quam clare probat potentiale verbum de ea admodum mature formatum, hodieque superstes: *me-het*, meare potest, ire potest, vadere potest. Viget ea in praesenti tantum tempore, non tamen in omnibus personis. Tres de his, tertia nempe singularis, deinde prima singularis, et eadem pluralis, formatae sunt, adhibita *j* consona euphonica connectente, sono paulo densiore in *gy* mutata: primum *me-j-en*, *me-j-ek*, *me-j-ünk*; deinde *me-gy-en*, *me-gy-ek*, *me-gy-unk*. Secunda singularis persona de vetustissima formatione *mé-th*, et ת (*tav*) in כ (*caph*) mutato *mé-kh*, abiit in *mégy*.

Radix altera *mén*, producta vocali, correpta vero, dum increscit, *men*, de qua sunt reliquae personae, et tempora omnia, contracta esse videtur de *mejen*, *megyen*, sicuti *van* de *vagyon*. Vel certe coaluit, accepto augmento *en*, verborum formativo, *me-en*, *mén*. Antiquissima est et haec forma: siquidem eam nobiscum communem habent et Lappones, et Fenni, et Esthones.

Me radicem primigeniam, et simplicissimam, videmus quam clarissime in potentiali verbo *me-het*; in quo formando *hat*, potest, vocali congruenter mutata *het*, sic accessit ad *me*, *me-het*, meare potest, ire potest, vadere potest, uti idem accedit ad alia quaecunque verba, ad veras omnino radices, ex. gr. *ír*, scribit, *kér*, petit, *ír-hat*, scribere potest, *kér-het*, pete-

re potest. *Me* antiquissimum semen, et simplicissimum, est etiam in lingua Latina, idem omnino et sono, et significatione; cui quae accedunt, ad formandas personas, sunt aeque partes pronominum: *me-o*, *me-as*, *me-at*. Certe ex lingua primigenia, vnde id et nos habemus, admodum mature huc transiit, per propaginem quamcunque, huius seminis adeo tenacem.

Iam radice tam clara, *gy*, quod intercedit inter ipsam radicem, et affixa pronomina a vocali inchoantia, aliud esse non potest, quam reuera consona euphonica *j*, ea inter se connectens: sono in primordiis exili, *me-j-ek*, *me-j-en*, *me-j-ünk*; postea densiore inualescente, *me-gy-ek*, *me-gy-en*, *me-gy-ünk*. Exilem hunc sonum in densiorem mutari iam supra indicauimus. Vberiora videbimus in euolutione imperatiuorum, *légy*, *tégy*, *végy*, *vigy*, *higy*; *legyen*, *tegyen*, *vegyen*, *vigyen*, *higyen*; de radicibus *le*, *te*, *ve*, *vi*, *hi*; vnde sunt *lefzen*, *tefzen*, *vefzen*, *vifzen*, *hifzen*: in quibus imperatiui formatiuum est certe *j*; *léj*, *téj*, *véj*, *vij*, *hij*; *lejen*, *tejen*, *vejen*, *vijen*, *hijen*.

Sed in secunda singulari persona sonus *gy* alium habet ortum. Radici *me* accessit formatione primigenia pronomen *eth*, *me-eth*; quod postea, ת (*tav*) in כ (*caph*) mutato, abiit etiam in *me-ekh*; et vtrumque, vocalibus in vnam coalescentibus, eamque de lege communi in longam, sic demum contractum est, *méth*, *mékh*. *Méth* etiam sibilante formatiuo expressum est, *méfz*: quod hodieque auditur, vsus antiqui tenacitate saltem apud vulgum superstite, cum manifesto et hic simplicissimae radicis *me* indicio. *Mékh* vero, כ (*caph*) litera, durius, densiusque prolata, abiit in *mégy*; quod solum vsurparunt omnes Scriptores nostri antiquiores. In Codice MS. Transl. Bibl. haec vnica recurrit forma: *Hová mégy te* (Zachar. II. 2.): Quo tu vadis? Sic habet et Lépesius: *Ösméretlen tartományba mégy* (De

Morte pag. 84. et 139.): Ignotam regionem ingrederis. Deinde Marosvásárhelyius: *Uram! nem tudjuk, hová mégy* (pag. 688.): Domine! nescimus, quo vadis. Cum hoc, et cum vetusta Translatione Biblica consentit et Károlyius, et Káldius, in iisdem locis Hungarice redditis: *Hová mégy te? Uram! nem tudjuk, hová mégy* (Ioann. XIV. 5.). Hoc posterius insuper, et Silvester, et Pesthius sic vertit.

Multo latius inualuit radix altera *men*, quae non increscens vulgo produci solet; *mén.* Nam et in praesenti per omnes personas inflexum auditur, et in reliquis temporibus omnino solum dominatur. Olim verbum mandatiuum de eo deductum est adiecto maiore formatiuo, *tet; men-tet*, facit quemquam ire, vadere. Huius complura recurrunt exempla in Codice MS. Transl. Bibl. *Én vagyok, ki fel mentettelek tütöket Egyiptom földéből* (Amos II. 10.): Ego sum, qui vos ascendere feci de terra Aegypti. *Fel mentetem tü szállástóknak büzét tü orrotokba* (Ibid. IV. 10.): Ascendere faciam putredinem castrorum vestrorum ad nares vestras. Hanc vnicam radicem norunt et Fennicae gentes, a remotissima communi origine acceptam. Et Fenni quidem vsurpant ipsa etiam vocali prorsus consentientem nostrae: *menen*, primaeua nempe formatione *men-én*, vado-ego! Apud quos auditur et mandatiuum, sed cum minore formatiuo: *meneten*, *men-et-én*, mitto, facio quemquam ire; qua forma et nos vtimur, *men-et-em*, non solum illa superiore, *men-tet-em*: vt sunt plura alia, duplicem mandatiui formationem admittentia: *fek-et-em*, *nyug-at-om*, *al-at-om*, etiam *fek-tet-em*, *nyug-tat-om*, *al-tat-om;* facio quemquam iacere, quiescere, dormire. Variante vocali dicunt alii: Lappones *man-am*, Esthones *minn-en*, vtrique in prima singulari persona, eo, vado. Votjáki *min-i-ni*, Permii *mun-ni*, nostro plane infinitiuo, ire, vadere.

Nihil pronius intulerimus: quam radicem *men* aetate remotissima iam contractam fuisse de *mejen*, vel *megyen;* cum apud easdem has gentes etiam *on* de *olon* contractum habeatur, vt nostrum *van* de *vagyon.* Sed illud peculiare est in hoc vsu: apud has gentes ita inualuisse radicem auctiorem *men;* vt simplicioris *me* nullum prorsus vestigium supersit: quae apud nos tamen tanto interuallo, quantum est ab origine tam alta, non potuit penitus euanescere.

Reperi eandem, vt puto, radicem auctiorem etiam apud Arabes: quae mihi quidem et sono, et significatione, apprime conuenire videtur. Eam ego Hebraicis literis exhibeo, quia Arabicis destituimur: מען (*maan*, *meen*), ע (*ain*) literae sono vtplurimum suppresso; *longe prouectus fuit cursu, fluxu, itinere;* idem nominis valore *longa provectio.* Haec radix, ex primigenia lingua arrepta, apud nos, et Fennos, aliosque, monosyllaba facta est, iam non radicis, et affixi pronominis, vt supra innui, sed radicalium vocalium concretione, *man*, *men*.

Simplicior radix *me* mihi praeterea, linguae nostrae indolem intimius spectanti, et aliam videtur assumti *en* rationem habere. Hoc *en* habet vim, quam alibi vberius euoluo, verbi *fit.* Iam *me* primitiuo nominis valore est *prouectio: en* illi adiectum, *meen*, *mén*, *men*, hunc dabit significatum: *prouectio-fit*, hoc est, *prouehitur*, *vadit*, *meat.* Eo prorsus modo, vt multa alia. In his ex. gr. *serk* est *expergitio;* de quo deductum habemus verbum frequentatiuum actiua significatione *serk-e-get*, expergefactitat; neutrum vero assumto *en* formatiuo *serk-en*, expergefit.

Mén, vel *men*, etsi radix sit amplissima formationum propagine; ipsa tamen nuda, et absoluta, nuspiam occurrit apud Scriptores probatos, praesertim antiquiores. Pro ea est semper auctior persona tertia,

de simplici radice *me* formata, *megyen*. Codex MS. Transl. Bibl. eo loco, quem supra citaui, et hanc habet personam: *Es íme az angyal ki megyen vala, és más angyal megyen vala ki ő eléjébe* (Zachar. II. 3.): Et ecce angelus egrediebatur, et angelus alius egrediebatur in occursum eius.

Men-ſz est quidem regularis secundae personae formatio de radice *men*, auditurque non raro in vulgi sermone; sed quam tamen nusquiam legi, praeterquam in vnico Pétsio: *Midőn az ispitálba bé menſz, jót kévánj az betegeknek* (pag. auers. 74.): Cum in hospitale ingrederis, bonum precare aegrotis. Sic, et singularis, et pluralis prima persona, *men-ek, men-ünk*, ignotae sunt antiquis Scriptoribus; notae vero, et solae vsitatae, *megyek, megyünk*. In quibusdam partibus et istae vsurpantur personarum formae de vtrisque, ne consonae singillatim auditae perirent, vitiose confictae: *mengyek, mengyen, mengyünk*.

Singulare occurrit exemplum in Telegdio verbi potentialis de secunda hac radice: *Még sem menhetek el a' Kriſztus mondása mellől* (Port. III. p. 740.): Adhuc non possum abire a Christi dicto.

B. *SZ* CONSONA EVANESCENS.

1. IN VERBIS, QVAE ACVTVM SIBILVM PRO HALITV HABENT.

Quorundam verborum simplicissimae radices, quae in vocalem puram desinere videntur, de more vetusto post vocales halitum efflandi hunc olim leniorem habuerunt, et tenuiore flatu expressum in acutum sibilum miserunt.

Studium soni suauioris, linguae vsu antiquissimo, acutum in his sibilum, halitibus cognatum,

eorundem halituum lege versat. Nam, accedentibus affixis formatiuis, praeter tempus praesens, eum alibi in quietem mittit, alibi in alium halitum mutat, alibi consonae sequenti assimilat.

Et verborum quidem huiusmodi radices simplicissimae sunt istae septem: *le*, *te*, *ve*, *vi*, *hi*, vel *hü* potius, deinde *e*, et *i*; eaedem, more vetusto, pleraeque cum halitu leniore, quaedam etiam cum obscuro expressae, *leh*, *teh*, *veh*, *vih*, *hiv*, *eh*, *iv*, tenuiore flatu mature et acutum sibilum dederunt, *leſz*, *teſz*, *veſz*, *viſz*, *hiſz*, *éſz*, *iſz*.

Hac forma supersunt hodieque in tempore tantum praesenti. Vbi illa, ad tertiam quoque singularem personam magis demonstrandam, acceperunt huius personae affixum pronomen, et quidem priora quinque *ön*, *ik* vero duo posteriora: *le-ſz-en*, *te-ſz-en*, *ve-ſz-en*, *vi-ſz-en*, *hi-ſz-en*, *e-ſz-ik*, *i-ſz-ik*. Ad formandas porro personas reliquas accedunt affixa pronomina congruentia verborum formae, his tertiis personis iam indicatae; primae nempe, et secundae indeterminatae; in actiuis vero etiam determinatae.

Verba potentialia, et mandatiua, de his formata, sibilo quiescente, radices nudas referunt; quas, primas, ac genuinas dixerimus: *le-het*, *te-het*, *ve-het*, *vi-het*, *hi-het*, *e-het-ik*, *i-hat-ik*; deinde *te-tet*, *ve-tet*, *vi-tet*, *hi-tet*, *e-tet*, *i-tat*, quae vocalem *e* habent, eam vulgo solent etiam producere, *té-tet*, *vé-tet*, *é-tet*.

Iam in simplici horum inflexione formatiuum praeteriti primi *a*, vocali congruenter mutata *e*, occultum halitum obscurum *v*, de primigenio *va*, resuscitare videtur ad compensandum cognatum halitum acutum *sz*: *le-v-e*, *te-v-e*, *ve-v-e*, *vi-v-e*, *hi-v-e*. Sed neque istas in hoc tempore radices proximas ita nudas esse voluit antiquitas. Pronomen *ön*, vt in praesenti, sic etiam in hoc praeterito, ad maiorem vim demonstratiuam, constanter adhibuit, sed forma contracta: *le-v-e-ön*, *lőn*, *lén*; *te-v-e-ön*, *tőn*, *tén*; *ve-v-e-ön*, *vőn*, *vén*; *vi-v-e-ön*, *vün*, *vin*; *hi-v-e-ön*, *hün*, *hin*. Eandem contractionem familiarem habuit et in reliquis personis; et in ipsa adeo forma determinata, parcius tamen. In forma indeterminata quae hodie viget contractio, iam nota est: *e-v-e-ik*, *e-v-e-ek*, *e-v-ék*; *i-v-a-ik*, *i-v-e-ek*, *i-v-ék*.

In praeterito secundo quinque priora verba iterum nudas videntur habere primigenias radices, sibilo penitus in quietem misso; vel certe et hunc asyllabo praeteriti formatiuo *t* assimilatum: *le-tt*, *te-tt*, *ve-tt*, *vi-tt*, *hi-tt*. Duo autem posteriora, solum in tertia singulari persona, substituunt cognatum halitum obscurum in locum sibilantis, ad iungendum formatiuum vocale: *e-v-ett*, *i-v-ott*. Quae aliae vigent formae pro radicibus proximis, ad formandas reliquas huius temporis personas, vel contractae sunt, vel sibilo aucto probabilius et hic sese accommodante ortae: *e-tt*, *i-tt*; *e-tt-em*, *i-tt-am*; *ett-él*, *i-tt-ál*.

In imperatiuo aeque nullus est sibilus. Videtur et hic ipsis nudis radicibus accessisse characteristica imperatiui nota *j;* vel certe et sibilus, halituum more, huic notae assimilatus est, quo geminata fieret; sed cuius sonum exilem paulo densiorem fecit vetusta consuetudo, tanto quidem pronius, quod geminata esset: vocalem vero *e* produxit imperandi energia in prima tantum forma monosyllaba; nam, ea increscente, quae datur vulgo mora vsu variante, est iam ab arbitrio. Sono itaque exili sic erant primi imperatiui: *lé-j, té-j, vé-j, vi-j, hi-j, e-j-él, i-j-ál;* vel nota geminata propter sibili assimilationem, *lé-jj, té-jj, vé-jj, vi-jj, hi-jj, e-jj-él, i-jj-ál;* sono postea densiore, *lé-gy, té-gy, vé-gy, vi-gy, hi-gy, e-gy-él, i-gy-ál.*

In optatiuo nullus itidem sibilus auditur; sed eum consonanti notae characteristicae assimilatum esse clare ostendit eiusdem consonantis geminatio, antiquissimo vsu roborata: *le-n-ne, te-n-ne, ve-n-ne, vi-n-ne, hi-n-ne;* deinde *e-n-ne-ik, e-n-ne-ek, e-n-nék; i-n-na-ik, i-n-ne-ek, i-n-nék.* Eodem modo fit et infinitiui formatio.

In futuro exacto radices omnino nudas habet vsus: *le-end, te-end, ve-end, vi-end, hi-end; e-end-ik, i-and-ik:* quarum aliquas, concretis vocalibus, etiam contrahere amat: *lênd, tênd, vênd, ênd-ik.* Substituit vero saepe in locum sibili et alium halitum, praecipue exilem *j*, quandoque et obscurum *v: le-j-end, te-j-end, i-v-and-ik.*

Iam in simplici horum inflexione formatiuum praeteriti primi *a*, vocali congruenter mutata *e*, occultum halitum obscurum *v*, de primigenio *va*, resuscitare videtur ad compensandum cognatum halitum acutum *fz: le-v-e, te-v-e, ve-v-e, vi-v-e, hi-v-e.* Sed neque istas in hoc tempore radices proximas ita nudas esse voluit antiquitas. Pronomen *ön*, vt in praesenti, sic etiam in hoc praeterito, ad maiorem vim demonstratiuam, constanter adhibuit, sed forma contracta: *le-v-e-ön, lőn, lén; te-v-e-ön, tőn, tén; ve-v-e-ön, vőn, vén; vi-v-e-ön, vün, vin; hi-v-e-ön, hün, hin.* Eandem contractionem familiarem habuit et in reliquis personis; et in ipsa adeo forma determinata, parcius tamen. In forma indeterminata quae hodie viget contractio, iam nota est: *e-v-e-ik, e-v-e-ek, e-v-ék; i-v-a-ik, i-v-e-ek, i-v-ék.*

In praeterito secundo quinque priora verba iterum nudas videntur habere primigenias radices, sibilo penitus in quietem misso; vel certe et hunc asyllabo praeteriti formatiuo *t* assimilatum: *le-tt, te-tt, ve-tt, vi-tt, hi-tt.* Duo autem posteriora, solum in tertia singulari persona, substituunt cognatum halitum obscurum in locum sibilantis, ad iungendum formatiuum vocale: *e-v-ett, i-v-ott.* Quae aliae vigent formae pro radicibus proximis, ad formandas reliquas huius temporis personas, vel contractae sunt, vel sibilo aucto probabilius et hic sese accommodante ortae: *e-tt, i-tt; e-tt-em, i-tt-am; ett-él, i-tt-ál.*

In imperatiuo neque nullus est sibilus. Videtur et hic ipsis nudis radicibus accessisse characteristica imperatiui nota *j*; vel certe et sibilus, halituum more, huic notae assimilatus est, quo geminata fieret; sed cuius sonum exilem paulo densiorem fecit vetusta consuetudo, tanto quidem pronius, quod geminata esset: vocalem vero *e* produxit imperandi energia in prima tantum forma monosyllaba; nam, ea increscente, quae datur vulgo mora vsu variante, est iam ab arbitrio. Sono itaque exili sic erant primi imperatiui: *lé-j*, *té-j*, *vé-j*, *vi-j*, *hi-j*, *e-j-él*, *i-j-ál*; vel nota geminata propter sibili assimilationem, *lé-jj*, *té-jj*, *vé-jj*, *vi-jj*, *hi-jj*, *e-jj-él*, *i-jj-ál*; sono postea densiore, *lé-gy*, *té-gy*, *vé-gy*, *vi-gy*, *hi-gy*, *e-gy-él*, *i-gy-ál*.

In optatiuo nullus itidem sibilus auditur; sed eum consonanti notae characteristicae assimilatum esse clare ostendit eiusdem consonantis geminatio, antiquissimo vsu roborata: *le-n-ne*, *te-n-ne*, *ve-n-né*, *vi-n-ne*, *hi-n-ne*; deinde *e-n-ne-ik*, *e-n-ne-ek*, *e-n-nék*; *i-n-na-ik*, *i-n-ne-ek*, *i-n-nék*. Eodem modo fit et infinitiui formatio.

In futuro exacto radices omnino nudas habet vsus: *le-end*, *te-end*, *ve-end*, *vi-end*, *hi-end*; *e-end-ik*, *i-and-ik*: quarum aliquas, concretis vocalibus, etiam contrahere amat: *lênd*, *tênd*, *vênd*, *ênd-ik*. Substituit vero saepe in locum sibili et alium halitum, praecipue exilem *j*, quandoque et obscurum *v*: *le-j-end*, *te-j-end*, *i-v-and-ik*.

Participium praesens compensat sibilum resuscitato sui formatiui halitu occulto *v*, de primigenio pronomine *vö*, vocali *e* in plerisque radicibus producta: *lé-vö*, *té-vö*, *vé-vö*, *vi-vö*, *hi-vö*, *e-vö*, *i-vó*.

Participii imperfecti ortus idem est, qui temporis praeteriti primi: in quo tamen obscurus formatiui halitus, non resuscitatur, verum adest semper. Radicum vocalis *e* producitur multo verius ad compensationem sibili suppressi: *lé-ve*, *té-ve*, *vé-ve*, *é-ve*.

Simplicissimas horum verborum radices, primigenia praesertim forma, in puram vocalem desiisse, vtcunque probant verba potentialia, et mandatiua, de iis formata. Sed quaedam eorum neque in linguis affinibus vllum habent halitum.

Nam apud Lappones, secundum Ganandrum *lå*, secundum Lindahlium vero, et Oehrlingium, *le*, hac nuda est forma, valore substantiui verbi *est*; quod nobis reddit alterum substantiuum verbum *fio*. Auctum affixis pronominibus concrescit: *låm*, sum; *låc*, es.

Deinde Esthones radicem *te*, communem nobiscum, omnino nudam inflectunt per omnes personas in praesenti tempore, accedentibus affixis pronominibus etiam a vocali inchoantibus: *te-en*, facio; *te-ed*, facis; *te-ep*, facit; *te-me*, facimus; *te-te*, facitis; *te-wad*, faciunt. Sic nudam habent et *vi* radicem: *wi-in*, aufero; *wi-id*, aufers; *wi-ip*, aufert; *wi-me*, auferimus; *wi-te*, aufertis; *wi-wad*, auferunt. Apprime in his conueniunt cum Esthonibus et Fenni. Eadem et nos antiquissima formatione certe sic habuimus: *te-em*, *te-ed*, *te-vö*, *te-mü*, *te-tü*, *te-vök*; *vi-em*, *vi-ed*, *vi-vö*, *vi-mü*, *vi-tü*, *vi-vök*.

Halitum his accessisse leniorem, qualis est feré א (aleph) Hebraeorum, et spiritus lenis Graecorum, *leh*, *teh*, *vih*, qui postea tenuiore flatu in nostra dialecto in acutum sibilum abiit, clare docet pronunciatio Lapponum: qui *tah*, ipsum *teh*, vocali dumtaxat mutata, densioris soni procliuitate longius sensim abducti, forti demum sono expresserunt, *tag*, *tagc*, *takh*: *tagam*, facio; *tagac*, facis; *tagca*, facit.

Sed *ve* nostrum Esthonibus est *wöt*, accipit. Facile tamen conciliatur haec pronunciatio adeo differens. *Veh* nempe, auctum halitu, cum tenuius efferetur, lingua dentibus allisa, flatu vehementiore, abiit in *veth*, ה (*he*) litera in ת (*tav*) adspiratam mutata. Eodem tenui flatu acutius intenso editus est demum et sibilus, *vefz*.

Deinde *hí*, vel potius *hü*, nominis valore *fidus*, cum halitu obscuro viget et hodie, *hív*: vti et *fzü*, cor, altera sua forma est *fzív*. Halituum nimia cognatione abit *v* flatu intensiore in *fz*, hocque modo et *hiv* in *hifz*. Mature autem inualuerit haec alternatio: siquidem et hoc verbum, nobis, cum Esthonibus, ac Fennis commune, vtrisque cum sibilo est, sed halitu in initio neglecto: *usf*, *usk*. Lubet vtrumque inflexum exhibere: *usf-un*, *usf-ud*, *usf-ub*; *usk-on*, *usk-ot*, *usk-o*; eadem et illis significatione, credo, credis, credit; nobis vero est etiam *fido*: *usf-u-me*, *usf-u-te*, *usk-wad*; *usk-o-mme*, *usk-o-tte*, *usk-o-wat*; credimus, creditis, credunt.

Sibilum acutum, quem nos in edendi verbo post vocalem efflamus, *e-fz-ik*, Esthones, et Fenni praemissum habent, *fö*. Illis *fö-ön*, *fö-öd*, *fö-öp*, *fö-me*, *fö-te*, *fö-wad*; istis vero *fy-ön*, *fy-öt*, *fy-ö*, *fy-mme*, *fy-tte*, *fy-wat*, vocali *y* sono *ü* exprimenda; per personas inflexum ostendit et nostram antiquissimam inflectendi rationem: *öfz-öm*, *öfz-öd*, *öfz-ö*, *öfz-mü*, *öfz-*

tū, *ŏſz-vŏk*. Et hunc sibilum de leni halitu esse monet vocabulum apud nos hodieque superstes, vicina quidem significatione notum: *éh*, famelicus, ieiunus, ipsa etiam fames, esuries, ieiunitas; sed quod ipsum est tamen radix etiam verbi *e-ſz-em*, principio *e-h.em*. In quo nempe, vt in multis aliis, linguae praesertim Hebraeae vocabulis, metonymiam video, translatam loquendi rationem: qua ex antecedente consequens intelligi coepit. Idem confirmat porro et alternans significatio. Nam de simplici verbo *e-ſz-em*, cui *edendi* tribuitur notio, formatum verbum potentiale *e-het-né-m*, proprie *comedere possem*, vulgo vsurpatur pro verbo *esurio*. Quamquam et ipsum hoc Latinum *esurio*, cum notione *famis*, est ab *edendi* verbo. Sed huius quoque forma prima, non *ed-o*, verum *es-o*, de qua supersunt adhuc quaedam deriuationes antiquae, *es*, *est*, *esse*, *estur*, *estus est*, vel ad ipsum Latium videtur mihi cum sibilo transiisse ex lingua primigenia. Inde est eadem et in Teutonum lingua, per varias dialectos, quam latissime diffusa: *eſſ-en*, *eſſ-a*, edere, comedere; resecto infinitiui formatiuo, ipsa radix primitiua *eſſ*, tot gentibus communis.

Verbum *bibendi* Esthonibus est *jo*, Fennis *ju*. Vtrumque per personas inflexum: *jo-on*, *jo-od*, *jo-op*, *jo-me*, *jo-te*, *jo-wad*; *ju-on*, *ju-ot*, *ju-o*, *ju-mme*, *ju-tte*, *ju-wat*. Facilis est mutatio vocalis *o* in *u*. Deinde et *u* abit in *v*, non tantum Hebraeo, sed etiam nostro more: nam dicimus *daru*, *ſzaru*, etiam *darv*, *ſzarv*, grus, cornu. Iam *v* obscurus halitus, mutua halituum alternatione, migrat in leniorem *h*; hic porro, flatu tenuiore expressus, vergit in acutum sibilum *ſz*. Quare *ju*, nobis, *j* consona in vocalem *i* mutata, *iu*, fuit primum *iv*, postea *ih*, demum *iſz*. Sibilus certe, qui hodie auditur, successiue sic nasci debuit. Et *iu*, geminum Fennico *ju*, etiam Esthonico *jo*, fuit diu apud nos quo-

que

que in vsu. Participium quidem imperfectum de hoc *iu* formatum, *iuva*, *iuván*, habet Codex MS. Transl. Bibl. *Iuván a' fialákban bort* (Amos VI. 6.): Bibentes vinum in phialis. Imo et praeteritum de eo praebet, tantum *u* in *o* mutato: *öttetek*, *iottatok* (Aggaei I. 6; Zachar. VII. 6.): comedistis, bibistis. Fuerit hoc etiam cum *u*, *iuttatök*: quemadmodum in eodem est monumento et *hiuttam*, et *hiottam*, vocaui; etiam *viuttanak*, pugnauerunt. *Egyiptomból hiuttam én fiamat* (Osee XI. 1.): Ex Aegypto vocaui filium meum. *Hiottam az aſzjúságot földre* (Aggaei I. 11.): Vocaui siccitatem super terram. *Viuttanak Jerusalem ellen* (Zachar. XIV. 12.): Pugnauerunt aduersus Ierusalem. In his *u* in *v* abiit; hodieque sic sonat: *hiv*, *viv*. Olim ergo et *iu*, saltem in quibusdam formationibus diu his simile, fuit pariter *iv*. Sed iste halitus, vt iam monui, deflexit in alios. Et halitum prius leniorem, asperiorem postea, ac demum fortissimum habuisse, docet vsus Lapponum: quibus ita et *juh*, vt supra vidimus verbum *teh*, abiit in *jukk*; *jukkàm*, bibo; *jukkac*, bibis; *jukka*, bibit.

Ista ergo verborum euolutio, singillatim adducta, abunde probat, quod principio dixi, acutum in iis sibilum halitum esse. Quas proinde habet in eorundem verborum inflexione mutationes, eas halituum lege accipit. Ipsae nudae radices, halitibus priuatae, sane in plerisque sunt certiores.

Quare, qui ista cumprimis *leſz*, *teſz*, *veſz*, *viſz*, *hiſz*, pro tertiis personis singularibus vsurpant, vitiose id factitant. Veneranda quidem antiquitas, quam altissime repetita, nuspiam sic ista adhibet; sed omnino aucta affixo pronomine *ön*: *le-ſz-en*, *te-ſz-en*, *ve-ſz-en*, *vi-ſz-en*, *hi-ſz-en*.

Codex MS. Transl. Bibl. sic habet vel vno loco satis cumulate. *Nem leſzen ö rejájok és — ö rejájok sem*

leſzen, de leſzen romlás (Zachar. XIV. 17, 18.): Non erit super eos imber — nec super eos erit, sed erit ruina. Deinde Siluester: *Ha egymáshoz való ſzeretet léſzen tü közöttetek* (Ioann. XIII. 35.): Si mutua dilectio fuerit inter vos. Quem locum et Pestius ita reddit: *Ha viſzontag való ſzerelem léſzen közöttetek.* Etiam Károlyius: *Az pokol léſzen az ö lakó helyek* (Psalm. XLIX. 14.): Infernus erit habitatio eorum. Deinde Káldius: *Reménysége léſzen a' ſzükölködönek* (Iob. V. 16.): Erit egeno spes.

Rursum Siluester: *Tanúsbizonyságot téſzen én rúlam* (Ioann. XV. 26.): Testimonium (faciet) perhibebit de me. Sic prorsus et Pestius eodem loco: *Bizonyságot teſzen én rólam.* Deinde Marosvásárhelyius: *Nyilván vallást teſzen* (pag. 434.): Palam (confessionem faciet) confitebitur.

Károlyius: *Az Isten hozzá véſzen engemet* (Psalm. XLIX. 15.): Deus me suscipiet. Deinde Lépesius: *Az ki törvény ſzerént való bajt veſzen föl* (De Regn. Coel. pag. 21.): Qui legitimum certamen suscipit.

Idem Lépesius: *Ki viſzen ez minden kételkedést elmétekből* (De Iud. pag. 169.): Eximet hic omne dubium de mente vestra. Etiam Károlyius: *Kitsoda viſzen engemet az erös városokba* (Psalm. LX. 9.)? Quis deducet me in ciuitatem munitam? Iterum Lépesius: *Az ki én bennem hiſzen, örök élete leſzen* (De Regn. Coel. pag. 68.): Qui credit in me, habet vitam aeternam. Eundem locum Scripturae et Káldius ita vertit: *A' ki ö benne hiſzen, — a' ki pedig nem hiſzen* (Ioann. III. 16, 18.): Qui credit in eum, — qui autem non credit. Consentit cum Káldio Marosvásárhelyius: *Valaki hiſzen ö benne* (pag. 435.): Quisquis credit in eum.

Secunda persona est cum affixo pronomine syllabico: *lé-ſz-eſz, té-ſz-eſz, vé-ſz-eſz, vi-ſz-eſz, hi-ſz-eſz.* Saepe vero adhibetur etiam contracta, affixi pronomi-

nis vocali expuncta: *lé-ſz-ſz*, *té-ſz-ſz*, *vé-ſz-ſz*, *vi-ſz-ſz*, *hi-ſz-ſz*. Vterque vsus probatur veterum exemplis.

Pro primo est Lépesius: *Ha az lélektöl igazgattatol, király léſzeſz; de ha a' testöl viseltetöl, ſzolga léſzeſz* (De Regn. Coel. pag. 94.): Si a spiritu regeris, rex eris; verum si a corpore duceris, seruus eris. Sic etiam Pázmánus: *Ha te mellettem léſzeſz, ki állhat ellenem* (Libr. Prec. pag. 285.): Si tu penes me fueris, quis potest aduersum me stare. Iterum Pázmánus: *Kit ha fel nem kereſz, és válladra nem véſzeſz, halálnak fia leſzek* (pag. 428.): Quem si non quaesiueris, et humero tuo non imposueris, ero mortis filius. Deinde Lépesius: *Miért hiſzeſz vejztedre egybe eskütt ellenségidnek* (De Infern. pag. 414.)? Quare credis in perniciem tuam coniuratis hostibus tuis? Speculum denique Poenitentiae: *Ha hiſzeſz, meg látod az Istennek hatalmát* (pag. 1.): Si credis, videbis potestatem Dei.

Pro secundo prouocatur Káldius: *Állhatatos léſzſz, és nem félſz* (Iob. XI. 15.): Eris stabilis, et non timebis. *Mint a' sárt úgy tsináltál engem, és porrá téſzſz engem* (Iob. X. 9.): Sicut lutum fecisti me, et in puluerem reduces me. Deinde Siluester: *A' mit téſzſz, tedd hamarabban* (Ioann. XIII. 27.): Quod facis, fac citius. Etiam Telegdius: *Hálát adok teneked, hogy beviſzſz engemet a' te ditsöségednek nyugodalmába* (Part. III. pag. 757.): Gratias tibi ago, quod inducas me in requiem gloriae tuae. Demum et Pétsius: *Ollyat véſzſz, melly örökké meg marad* (pag. auers. 28.): Tale accipis, quod aeternum manebit.

Iam quae in praeterito primo exposita est contractio, probari potest veterum exemplis copiosissimis: de quibus nonnulla tantum profero.

Habet Pázmánus: *Ismét ördög rabja lök* (Libr. Prec. pag. 163.): Iterum diaboli mancipium factus

sum. Sermones Sacri MSS. *Kellemetes lök az Istennek:* Gratiosa facta sum apud Deum. *Ez az aszszú veszszö, mellyet tök az oltárra:* Haec est virga arida, quam posui super altare. Praeterea Siluester: *Hatalmat adok — miképen én is vök az én atyámtól* (Apoc. II. 18.): Dabo potestatem, — sicut et ego accepi a patre meo. Rursum Sermones Sacri MSS. *Áldomásoknak édességökben elöl vülek:* Benedictionum dulcedine praeueni te.

Iterum Pázmánus inchoat: *Érettünk emberré löl* (Libr. Prec. pag. 320.): Pro nobis homo factus es. Sermones Sacri MSS. *Löl minden tisztességgel meg ajándékoztatott:* Fuisti omni honore donata. Precum Liber MS. *A' városnak löl édes oltalmu:* Ciuitati factus es dulce praesidium. Sequitur Siluester: *És töl minket királyokká* (Apoc. V. 10.): Et fecisti nos reges (regnum). Redit Pázmánus: *Boldogságodnak örökösivé töl* (Libr. Prec. pag. 196.): Beatitatis tuae haeredes nos fecisti. Accedit Medgyesius: *Mellyeket te tsak számban sem völ* (pag. 67.): Quae tu ne in numerum quidem sumsisti.

Prodit iterum Siluester: *Nagy föld indúlás lön* (Apoc. VI. 12.): Terrae motus magnus factus est. Pestius: *Ez kegyiglen mind azért lön így* (f. 2.): Hoc autem totum propterea factum est sic. Draskovitsius: *Inkább ékesen szólló, hogy nem mint boldog lén* (I. 6.): Eloquens potius, quam beatus fuit. Lépesius: *A' Goliáttal kész lén meg ütköznie* (De Regn. Coel. pag. 28.): Paratus fuit ad confligendum cum Goliatho. Pestius porro: *Fel serkene az álomból, és tön úgy* (f. 2.): Expergefactus est ex somno, et ita fecit. Tinódius: *Tön sok hartzolást az Begler népével* (I. 3.): Fecit multam pugnam cum Begleri populo. Lépesius: *Nagy ditséretet tén felöle* (De Regn. Coel. pag. 33.): Magnam laudem (fecit) dixit de eo. Telegdius: *Arról is vallást tén* (Part. II. pag. 639.): De eo etiam confessionem

(fecit) edidit. Rursum Siluester: *El vön engemet lélekben az pufztába* (Apoc. XVII. 3.): Abstulit me in spiritu in desertum. Tinodius: *Tsak hamar fzép házakat bé vön* (I. 3.): Celerrime pulchras domos occupauit. Lépesius: *Minden üldözést jó fzívvel föl vén* (De Regn. Coel. pag. 13.): Omnem persecutionem aequo animo suscepit. Telegdius: *A' fzállásra, ki az Anyafzentegyhaz, vin minket* (Part. I. pag. 618.): Ad hospitium, quod est Ecclesia, duxit nos. Káldius: *Ki vün engemet az Ur lelke* (Ezech. XXXVII. 1.): Eduxit me spiritus Domini. Iterum Telegdius: *Hin az ember a' befzédnek* (Part. II. pag. 771.): Credidit homo sermoni. Sic omninó et Káldius: *Hün az ember a' befzédnek* (Ioann. IV. 50.).

Siluester: *Melly fzeretetet tötök az ö nevéért* (Ad Hebr. VI. 10.): Quam dilectionem (fecistis) ostendistis in nomine ipsius. *Az kenet is, mellyet tü az Istentöl vötök, meg marad tü bennetek* (I. Ioann. II. 27.): Et vnctio, quam a Deo accepistis, manet in vobis.

Idem Siluester: *Nagy fzózatok lönek mennyorfzág'ban* (Apoc. XI. 12.): Magnae voces (factae sunt) auditae sunt in coelo. Gallus Anaxius: *Az ö ruhái tündöklö fehérek lönek, mint a' hó* (f. iiij.): Vestes eorum candidae factae sunt, sicut nix. Telegdius: *Segítöi lének az Apostoloknak* (Part. II. pag. 459.): Adiutores facti sunt Apostolorum. Tinódius: *Tönek nagy zengést* (K. 3.): Fecerunt magnum sonitum. Vita MS. S. Pauli I. Eremitae: *Igen nagy keserü rívást tönek:* Fecerunt ploratum valde amarum. Iterum Tinódius: *Vitézek Baráttól bútsút vönek* (C. 4.): Milites Monacho valedixerunt. Telegdius: *Magok vének botránkozást magoknak* (Part. III. p. 623.): Ipsi sumserunt offendiculum sibi. Siluester: *Sokan hünek az ö nevében* (Ioan. II. 23.): Multi crediderunt in nomine eius. Quem locum sic prorsus reddidit et Pestius.

Iterum Siluester: *Nyilván valóvá tömn az te nevedet* (Ioann. XVII. 6.): Manifestum feci nomen tuum. *Elvöm az könyvet* (Apoc. X. 10.): Accepi librum. Codex MS. Transl. Bibl. *És vöm én veſzſzömet* (Zach. XI. 10.): Et accepi virgam meam. Pázmánus: *Adósságimat magadra véd* (Libr. Prec. pag. 193.): Debita mea in te assumsisti. Medgyesius: *A' ſzámból vöd ki, kérlek* (pag. 169.): De ore meo excepisti, obsecro te.

Duo haec verba, *eſzik*, *iſzik*, formae indeterminatae secundae, praeter anomaliam, quam habent ab *ſz* consona euanescente, olim habuerunt et aliam in formanda tertia singulari persona, cumprimis in tempore praesenti, et modo imperatiuo. Similitudo *ſz* consonae euanescentis fecit ea vsu promiscuo similia verbis etiam huius personae tertiae formatione: *eſzik*, et *eſzen*; *iſzik*, et *iſzon*; *egyék*, et *egyen*; *igyék*, et *igyon*. Imo occurrit et praeteritum primum reliquorum more contractum: *ön*, pro *evék*; *önek* pro *evének*. Legitur et futurum exactum *eend*.

In Codice MS. Transl. Bibl. est huius vsus exemplum antiquissimum: *Ottogyol eſzen meg tégedet a' tüz* (Nahum III. 15.): Ibi comedet te ignis. Sic habet idem verbum et Pestius: *Ki engemet eſzen, él ö is én erettem* (Ioann. VI. 58.): Qui manducat me, et ipse viuet propter me. Quem locum et Káldius ita vertit: *A' ki éſzen engem, ö is el én érettem*. Eodem verbo sic vsus est et Lépesius: *A' halál el eſzen minket* (De Infern. pag. 102.): Mors depascet nos. Sic adhibetur et alterum, bibendi verbum, cum hoc edendi verbo coniunctum, apud Komjáthium: *El ſzenveditek — ha valaki titeket meg eſzen, meg iſzon* (II. ad Corinth. XI.): Sustinetis — si quis vos deuorat, comessationibus, esu, et potu rem vestram absumit. Hanc tamen legem non fuisse constantem clare ostendit formae indeterminatae vsus fidelior, constructae cum ipso primae personae

accusatiuo. Dat huius exemplum, singulare Tractatus MS. de Digna Communione, anno 1507 exaratus, in raro Codice Winkleriano: *Ki engömet eſzik, ez én éröttem él;* Qui me manducat; ipse viuet propter me (Ioan. VI. 58.).

Sed obseruo hanc tertiam singularem personam, ista formatione, tum solum in his verbis vsurpari: cum accusatiuus, primae, vel secundae est personae. Morem hunc, tanta antiquitate firmatum, tenet et vulgus noster. In quo turbandus non est, modo alibi rectum illico sequatur vsum, veterum itidem exemplo probatum. Nam idem certe Lépesius cum accusatiuo tertiae personae hoc verbum accipit iam in forma indeterminata secunda: *Az ura húst, vagy olly eleséget, mutat néki* (*a' sólyomnak*) *martalékúl, az kit örömest eſzik* (De Infern. pag. 301.): Herus carnem, vel eius modi oscam, ostendit ei (falconi.) praedae instar, quam libenter comedit. Sic prorsus eo vtitur et Telegdius: *Az alamosna olly kénts; kit sem a' rosda meg nem eméſzt, sem a' moly meg nem eſzik* (Part. II. pag. 532.): Elemosyna talis est thesaurus; quem neque aerugo consumit, neque tinea comedit. Eandem legem video et in futuro exacto. Habet Siluester: *Az ki engemet énd, ö is élni fog én erettem* (Ioan. VI. 58.): Qui me manducauerit, et ipse viuet propter me. *Eend, ejend engemet, tégedet.* Sed cum accusatiuo tertiae personae certe redit forma indeterminata secunda, cum augmento: *a' kit a' moly meg nem ejendik.*

Contractionis exempla in praeterito primo sunt apud Pestium. *Az te házadnak buzgó ſzereteti ön meg engemet* (Ioan. II. 17.): Zelus domus tuae comedit me. *A' ti atyáitok önek mannát, és meg halának* (Ioan. VI. 49.): Patres vestri manducauerunt manna, et mortui sunt.

Deinde in futuro exacto verbum *iſzom* pro *j* euphonico habet potius *v*, halitum de forma primigenia resuscitatum, *iv*, *ivandom*. Inter ceteros adhibet hunc Lépesius: *Meg ihatjátok a' pohárt*, *mellyet én meg ivandó vagyok* (De Regn. Coel. pag. 102.): Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum.

2. IN VERBIS, QVORVM SIBILVS ACVTVS EST DE IPSO EORVM FORMATIVO.

Formatiuum verborum, plerumque de nominibus, acute sibilans, *öſz*, *oſz*, idem et pleno consonae *d* sono, *öd*, *od*, habet notionem verbi *fit*; quae alibi, in verborum deriuatione, opportunius euoluitur. Alterum sibilans in quibusdam verbis solum auditur; in pluribus vero, vsu promiscuo, alternat cum altero non sibilante.

a. FORMATIVVM SIBILANS QVIBVSDAM VERBIS FAMILIARIVS.

Verba, sibilantis formatiui tenaciora, in tempore tantum praesenti, pauca sunt, eaque de radicibus praesertim monosyllabis deriuata, iam in principio exposita: *al-uſz-ik*, *nyug-oſz-ik*, *alk-uſz-ik*, *fek-üſz-ik*, *esk-üſz-ik*; eadem etiam contractiora, formatiui vocali expuncta, *al-ſz-ik*, *nyug-ſz-ik*, *alk-ſz-ik*, *fek-ſz-ik*, *esk-ſz-ik*: quibus accedit et de bisyllaba radice deductum *harag-uſz-ik*, *harag-ſz-ik*; alterum quoque, non tamen eadem constantia, *tselek-eſz-ik*, *tselek-ſz-ik*, agit, operatur; cui iungitur et *vaj-uſz-ik*, de monosyllaba radice, languet, languescit.

In his, praesertim in prioribus quinque, acutus iste sibilus, tanquam halitus esset, in inflexione per reliqua tempora, modo prorsus eódem tractatur: quem iam vidimus in inflexione verborum de radicibus simplicissimis, quae sibilum acutum pro halitu habent, formae cumprimis indeterminatae secundae, *e-ſz-ik*, *i-ſz-ik*. Alibi quiescit nempe hic sibilus, alibi in cognatum halitum mutatur, alibi consonae sequenti assimilatur.

b. FORMATIVVM SIBILANS IN VERBIS PLVRIBVS ALTERNANS CVM NON SIBILANTE.

Verba alia, iam multo copiosiora, pleraque de radicibus prolixioribus deducta, formatiuum habent, vsu promiscuo, et sibilans, et non sibilans, sed in praesenti tantum tempore: in reliquis vero temporibus eorum forma altera, cum formatiuo non sibilante, sola manet; et inflexionem praebet per omnes personas, tempora, et modos, omnino regularem. Suppeditantur et de his quaedam exempla.

Rak-oſz-ik.	*Rak-od-ik.*	Repletur,
Hábor-oſz-ik.	*Hábor-od-ik.*	Conturbatur.
Iſzony-oſz-ik.	*Iſzony-od-ik.*	Horrescit.
Munkál-oſz-ik.	*Munkál-ód-ik.*	Laborat.
Nyomor-oſz-ik.	*Nyomor-od-ik.*	Affligitur.
Szapor-oſz-ik.	*Szapor-od-ik.*	Multiplicatur,
Savány-oſz-ik.	*Savany-od-ik.*	Acescit.
Düh-öſz-ik.	*Düh-öd-ik.*	Furit.

Beteg-ſz-ik.	*Beteg-ed-ik.*	In morbum incidit.
Elég-ſz-ik.	*Elég-ed-ik.*	Saturatur.
Hideg-ſz-ik.	*Hideg-ed-ik.*	Frigescit.
Kever-eſz-ik.	*Kever-ed-ik.*	Immiscetur.
Kisebb-ſz-ik.	*Kisebb-ed-ik.*	Minuitur.
Kövér-eſz-ik.	*Kövér-ed-ik.*	Pinguescit.
Meleg-ſz-ik.	*Meleg-ed-ik.*	Calescit.
Öreg-ſz-ik.	*Öreg-ed-ik.*	Augescit.
Vénh-eſz-ik.	*Vénh-ed-ik.*	Senescit.

Quae in his hodie insolita esse videntur, veterum vsu abunde probari possunt. Nam inter ceteros habet Pétsius sequentia: *Az levegö ég felhökkel meg rakoſzik* (pag. auers. 4.): Aer nubibus repletur. *Az haldlnak félelmétöl föl háboroſzik* (pag. auers. 72.): Mortis metu conturbatur. *Gyümöltsözésre kövéreſzik a' föld* (pag. aduers. 5.): Ad fructificandum pinguescit terra. Deinde Lépesius: *Mindentöl, a' mit ldt, iſzonyoſzik* (De Infern. pag. 354.): Ab omni, quod videt, horrescit. *Fárad, munkáloſzik* (Ibid. pag. 283.): Fatigatur, laborat. *Meg ſzaporoſzik, és árad* (De Ind. pag. 188.): Augescit, et exundat. *Az ember bünben kevereſzik* (Ibid. pag. 189.): Homo in peccatum intricatur.

Verborum reflexorum formatiuum *ked*, *kod*, quod est pronomen reciprocum, vt postea docebimus loco suo, saepe alternat cum *kez*, *koz*, eadem significatione, *d* literae sono in *z* sibilum lenem mutato, sed eo etiam acute sibilante, praesertim, quando vocalis media expungitur. Quaedam verba et hac mutatione duplicem accipiunt formam, sed itidem in tempore tantum praesenti. In reliquis viget ea, quae formatiuum habet non sibilans. Ex. gr. *gyana-kod ik*, *gyana-k-ſz-ik*, suspicatur; *tana-kod-ik*, *tana-k-ſz-ik*, consultat, deliberat; *ditse-ked-ik*, *ditse-k-ſz-ik*, gloriatur; *veſze-ked-ik*, *veſzek-ſz-ik*, conflictatur, iurgatur.

Verba primi ordinis in praeterito primo sibilum acutum aeque compensant resuscitato formatiui occulto halitu *v: al-u-vé-k*, *nyug-o-vé-k*, *alk-u-vé-k*, *fek-ü-vé-k*, *esk-ü-vé-k*. Sic prorsus et *harag-u-vé-k*, etiam *tselek-ü-vé-k*, et *vaj-u-vé-k*. In aliquibus vsus vocalem formatiui primi etiam supprimit: *al-vé-k*, *nyug-vé-k*, *fek-vé-k*, *harag-vé-k*, *tselek-vé-k*. In aliquibus vero ipsum temporis formatiuum amittit halitum primigenium *v: fek-ü-é-k*, *esk-ü-é-k*.

Porro *alk-usz-ik*, et *alk-osz-ik*, hac quidem forma sociis verbis vbique analogum est; sed forma alia, quam pariter habet iam in praesenti tempore *alk-od-ik*, differt in hoc etiam praeterito, *alk-od-é-k*. Sic et *vaj-usz-ik* a *vaj-úd-ik*, habet *vaj-úd-é-k*; item *tselek-esz-ik* de *tselek-ed-ik* format *tselek-ed-é-k*.

Sunt ista de vsu veterum. Habet enim Telegdius: *Ádám el aluvék* (Part. II. pag. 6.): Adamus obdormiit. Mikesius: *Az Istennek adá lelkét, el aluvék* (Epist. CXII.): Deo reddidit animam suam, obdormiit. Iterum Telegdius: *Kedve szerént nyugovék* (Part. III. pag. 447.): Ad votum suum quieuit. Tinodius: *Ott sokáig fekvék búvában* (D. 2.): Ibi diu iacuit in moerore suo. Speculum Poenitentiae: *Négy nap a' koporsóban feküvék* (A. 4.): Quatuor diebus in sepulcro iacuit. Iterum Tinodius: *Meg eskevék Barát az Országnak* (C. 4.): Iurauit Monachus Regno. Lépesius: *Az Angyal is Szent Jánosnál meg esküék* (De Infern. pag. 325.): Et Angelus iurauit apud Sanctum Ioannem. Pázmánus: *Koporsóban harmad napig nyugovál* (Libr. Prec. pag. 344.): In sepulcro tertium diem quieuisti.

In quibusdam, praesertim quae tenuium sunt vocalium, vsus vetustus in hoc tempore amauit etiam contractionem. Habet Vita MS. S. Pauli: *Az oroſzlányok le fekönek az ſzent testnek lábánál. Fekönek* pro *feküvének*; sicut *tönek*, *önek*, pro *tevének*, *evének*. Leones procubuerunt ad pedes sancti corporis.

Postea Siluester: *Heródes igen meg haragvék* (Matth. II. 16.): Herodes valde iratus est. Quo loco pulchre conuenit et Pestius formatiui vocali expuncta, Sed eam retinet Káldius: *Heródes igen meg haraguvék.* Sic habet et Vetustissima Funebrts Allocutio: *Haraguvék Isten;* Iratus est Deus. Sic et Mikesius: *A' Frantzia Udvar ezért meg haraguvék* (Epist. C.): Gallica Aula propterea irata est. Et hoc quidem verbum constantissime hac est formatione; quo fit verbis simplicioribus magis analogum. Sed alterum etsi Pázmánus ita etiam adhibeat: *A' mit vég vatsorán tseleküvék Kriſztus* (Libr. Prec. pag. 212.); Quod in vltima coena fecit Christus: de forma tamen altera familiarius est hoc praeteritum et ipsi, et aliis: *A' mit Kriſztus tselekedék* (Ibid. ead. pag.); Quod Christus fecit. Demum apud Telegdium legi: *A' míg éle is, ingyen nem éle, hanem vajuvék* (Part. III. pag. 365.): Et quousque vixit, ille quidem non vixit, sed tabuit.

In praeterito secundo sibilus priorum vulgo quidem assimilatur ipsi formatiuo: *al-ut-t*, *nyugot-t*, *alk-ut-t*, *fek-üt-t*, *esk-üt-t*, *harag-ut-t.* Alia de altera forma habent hoc tempus: *tseleked-ett*, *vajúd-ott*, etiam *alkod-ott* de *alkod-ik.*

Auditur nihilominus et de prioribus huius temporis eiusmodi formatio; quae in iis formatiuum etiam non sibilans innuat: *nyugodott*, *esküdött*, vtique de *nyugodik*, *esküdik;* quorum similitudine fuerint et ista, *aludik*, *feküdik.* Sed de his mox plura.

Pariter in imperatiuo, si non quiescit penitus, assimilatur certe priorum sibilus imperatiui formatiuo; *al-üj-j-ál, nyug-oj-j-ál, alk-uj-j-ál, fek-üj-j-él, esk-üj-j-él:* quae porro consona vtraque, vsu vetustissimo, leni sono in densiorem mutato, simplicis consonae valore, auditur vulgo proferri: *al-u-gy-ál, nyug-o-gy-ál, alk-u-gy-ál, fek-ü gy-él, esk-ü-gy-él.* Sed alia hunc modum de altera dant forma: *harag-ud-j-ál, tselek-ed-j-él, vaj-úd-j-ál;* etiam *alk-od-j-ál* de *alk-od-ik.*

Quidam nihilominus etiam illa priora sic in hoc cumprimis modo efferunt: vt sonantiore pronunciatu alterum in iis formatiuum non sibilans reuocare videantur: *al-ud-j-ál, nyug-od-j-ál,* horum similitudine etiam *fek-üd-j-él, esk-üd-j-él.*

Prior formatio, imperatiui formatiuo simplici consona expresso, probatur plurimis veterum exemplis. Tinódius quidem sic habet: *Hogy már meg nyugogyék* (V. 1.): Vt iam conquiescat. Deinde Lépesius: *Kinek tüze soha el ne alugyék* (De Infern. pag. 409.): Cuius ignis nunquam (indormiat) exstinguatur. *Maga házánál veſzteg fekügyék* (Ibid. pag. 346.): In domo sua quietus iaceat. Etiam Mikesius: *Tsak jól alugyam* (Epist. XXXII.): Modo bene dormiam. Haec nempe analogiam sequuntur verborum de radicibus simplicissimis; in quibus imperatiui formatiuum perpetuo simplici consona efferimus: *legyen, tegyen, vegyen, egyék, igyék.*

Sed quidam sonantius pronunciant, forma altera et in his tacite resuscitata. Nam Codex MS. Transl. Bibl. sic habet: *Nyugodjál ez éjjel* (Ruth III. 13.): Quiescas hac nocte. Komjáthius praeterea: *Ott meg vidámúljak, meg nyugodjam* (H. viij.): Ibi alacrior red-

dar, conquiescam. Sic etiam Pázmánus: *Istennek ajánlván lelkedet nyugodjál* (Libr. Prec. pag. 104.): Deo commendans animam tuam quiescas. Praeterea: *A' bűnnek álmában soha el ne aludjam* (Ibid. pag. 106.): In peccati somnio nunquam obdormiam. Sic Telegdius: *Az ő nevére esküdjél* (Part. II. pag. 319.): Per nomen eius iurato.

Qui illa priora malunt vsurpare: dicant se analogiam sequi in forma verborum sibilante. Qui vero ista potius amplectuntur: fingunt resuscitatam formam alteram non sibilantem; quae hodie quidem, et dudum satis, in his simplicioribus vix auditur.

Sed certiora sunt prolixiorum exempla. Sic adhibuit de veteribus Gallus Anaxius: *Minden ember önnön magára haragudjék* (c. i.): Omnis homo sibi ipsi irascatur. Sic de recentioribus Mikesius: *Az illyenért ne haragudjam* (Epist. LXXIX.)? Propter tale quid non irascar? Deinde Telegdius: *Mit tselekedjem* (Part. III. pag. 601.)? Quid faciam? Speculum Poenitentiae: *Mindeneket meg tselekedjék* (H. 1.): Omnia faciat.

Etiam in modo optatiuo assimilatum esse sibilum formatiui consonae docet eiusdem constantior geminatio: *al-un-né-k*, *nyug-on-né-k*, *fek-ün-né-k*, *esk-ün-né-k*. Alia, licet prona sit quandoque literae *d* assimilatio sequenti *n*, plerumque tamen eam integram retinent: *harag-ud-né-k*, *tselek-ed-né-k*.

Quibusdam placet nihilominus et in prioribus resuscitare formam alteram, sed aliquanto rarius, *nyug-od-né-k*.

Vsum veterum et hic videamus in exemplis. Primum esto Tinódii: *Ne alunnék, nagy hadat indítana* (i. 2.): Ne dormiret, magnum exercitum moueret.

Secundum Telegdii: *Mintha alunnéjek, halaſztja a' meg hallgatást* (Part. II. pag. 191.): Quasi dormiret, prorogat exauditionem. Tertium Lépesii: *Midőn hortyogva alunnék* (De Infern. pag. 256.): Cùm ronchos trahendo dormiret. Conuenit cum his Siluester: *Hogy az ő napa ágyban fekennék* (f. g.): Quod socrus eius in lecto iaceret. Etiam Speculum Poenitentiae: *Minek utánna Lázár már négy nap a' sírban feküňnék* (O. 4.): Posteaquam Lazarus iam quatuor diebus in sepulcro iaceret.

Sed *nyugodnék* formam *nyugodik* et hic reuocat vsu frequentiore. Habet Tinódius: *Déva várasában Török nyugodnék* (C. 3.): In ciuitate Deua Turca quiesceret. Item Telegdius: *Kiki az meg jelentetett igazságban meg nyugodnéjek* (Part. II. pag. 593.): Quisque in reuelata veritate conquiesceret. Pázmánus: *Gyarló testünk éjel meg nyugodnék* (Libr. Prec. pag. 114.): Fragile corpus nostrum nocte conquiesceret. Tanto procliuius alia, vt apud Mikesiam: *De ki ne haragudnék* (Epist. LVIII.)? Sed quis non irasceretur? Deinde in Speculo Poenitentiae: *Az ki sok tsodákat tselekednék* (E. 1.): Qui multa miracula faceret.

Quae restant, ex praemissis iam facilem habent explicatum. Nam quae formatiuis coalescunt a vocali inchoantibus, vti futurum exactum, participium praesens, etiam imperfectum, analogiam habent cum praeterito primo; infinitiuus vero, ob formatiuum ab eadem consona inchoans, cum optatiuo.

Iam verba potentialia, et mandatiua, dant verba simpliciora de primis suis radicibus non auctis: *al-hat-ik*, *nyug-hat-ik*, *alk-hat-ik*, *fek-het-ik*, *esk-het-ik*; *al-at*, *nyug-at*, *alk-at*, *fek-et*, *esk-et*,

cum formatiuo minore; etiam cum maiore, *al-tat*, *nyug-tat*, *alk-tat*, *fek-tet*. Alia vero, praesertim auctiora, deducunt eadem de forma altera non sibilante: *harag-ud-hat-ik*, *tselek-ed-het-ik*, *vaj-úd-hat-ik*; *harag-ud-tat*, *tselek-ed-tet*, *vaj-úd-tat*.

De potentialibus nullum est dubium. Mandatiua cum formatiuo maiore hodie sunt vsitatiora; olim frequentiora fuerunt cum minore, cui vtique amiciores sunt vsu linguae et aliae radices monosyllabae. Sic recurrit in Codice MS. Transl. Bibl. *Alotom öket bizodalmal* (Osee II. 8.): Dormire eos faciam fiducialiter. Quo loco idem verbum et Káldius sic vsurpat: *El alutom öket bátorságosan.* Sic et Lépesius: *Tsak emlékezete is a' vért el alutja* (De Iud. pag. 164.): Vel memoria eius sanguinem (indormire) torpere facit. Similiter est et aliud in eodem Codice MS. *Meg nyugatom Israel házának orſzágát* (Osee I. 4.): Quiescere faciam regnum domus Israel. Apud Pestium: *Én meg nyugatlak títeket* (Matth. XI. 28.): Ego quiescere vos faciam, reficiam. Legitur porro in Vita MS. S. Alexii: *Az napnak hévségére feketék;* Ad solis aestum iacere fecerunt eum. Sic etiam in Vita MS. S. Christinae: *Feketék ötet az vitézek egy böltsöben;* Cubare fecerunt eam milites in cunis.

Prolixior nihilominus forma, cum formatiuo non sibilante, praesertim Pázmáno et hic familiarior est: *Orſzágodnak békeséges tsendességében meg nyugodtatſz minket* (Libr. Prec. pag. 18.): In regni tui pacata tranquillitate quiescere facies nos.

Primae hae radices nudae videntur mihi olim, vt sunt hodieque multae aliae in lingua nostra, et nominum, et verborum valore, eaedem in vsu fuisse; et verborum quidem valore in forma indeterminata vel prima, vel secunda: *al-ok*, *al-aſz*, *al*, dormio, dormis,

dormis, dormit; *fek-em*, *fek-el*, *fek-ik*, iaceo, iaces, iacet.

Prius quare ad formam primam reducam, faciunt eius vestigia in veterum monumentis conspicua. Nam in Sacris Sermonibus MSS. de B. V. Maria legitur certe persona secunda: *Kelj fel, Uram! mire alafz?* Exsurge, Domine! quare dormis? Secunda ergo persona est *alafz*, dormis; quae hoc ipso primam praemittit *alok*, dormio; vtique de tertia nuda *al*, dormit. Est praeterea futurum exactum in Codice MS. Transl. Bibl. *Midőn ő vele aland* (Baruch VI. 43.): Cum dormierit cum eo. De persona tertia *aland*, hac quidem forma, fit secunda *alandafz*, prima *alandok*. Haec, vt formam indeterminatam, ita et formationem de simplici radice prima, clare docent. Eam vero confirmant et alia: participium praesens *aló*, dormiens; substantiuum actionis *alás*, dormitio. Prius legitur in Dictis MSS. S. Bernardi de Vita Religiosa: *Az alóknak nem láttatik bűnnek, a' mit műelnek;* Dormientibus non videtur peccatum esse, quod agunt. Posterius vero in Codice MS. Transl. Bibl. *Az éjet király alásnálkűl mulatá el* (Esther VI. 1.): Noctem illam duxit rex (sine dormitione) insomnem. Deinde in Precum Libro MS. *Ellenségim ne árthassanak sem vígyázásomban, sem alásomban:* Aduersarii mei ne nocere possint (neque in vigilia mea, neque in dormitione mea), neque vigilanti mihi, neque dormienti. Praeterea in Sacris Sermonibus MSS. de B. V. Maria: *A' te fzent el alásod;* Sancta obdormitio tua.

Eadem ratione et alteram viguisse radicem simplicem *fek*, docet facta olim directa de ipsa formatio, et imperatiui, et participii praesentis. Legitur in Codice MS. Transl. Bibl. *Fekjetek zsákban, én Istenemnek fzolgái* (Ioel I. 13.)! Cubate in sacco, ministri Dei mei! Deinde: *Láta fekő némberiet ő lábainál* (Ruth III. 8.): Vidit mulierem iacentem ad pedes suos.

Sic probatur et *esk* simplex olim radix, etiam verbi valore, superstite de éa et participio praesenti *eskö*, iurans; et substantiuo actionis *eskés*, iuratio; *bé eskés*, professio religiosa. Participium legitur in Codice MS. Transl. Bibl. *Minden eskö ébböl meg ítéltetik — Jö az eskönek hazába én nevemben hazugúl* (Zachar. V. 3, 4.): Omnis iurans ex hoc indicabitur — Veniet in domum iurantis in nomine meo mendaciter. Substantiuum vero habent Dicta MSS. S. Bernardi de Vita Religiosa: *Bé adtad kezedet az bé eskésben*: Porrexisti manum tuam in professione.

Ex his recta est illatio, et reliqua sic fuisse, per analogiam, quam haec verba inter se habent. De *nyug* quidem superest substantiuum absolutum, quod tantum de verbis solet deriuari, *nyugat*, sed in compositione vsitatum, *napnyugat*, occidens, occasus, proprie *solis quies*; quemadmodum de verbo *kél* est simile nomen *kelet*, in simili compositione *napkelet*, oriens, genuine *solis ortus*. De vtroque, reliquorum more, sunt etiam adiectiua: *napnyugati*, occidentalis, occiduus; *napkeleti*, orientalis.

Antiquissima est de his formatio et potentialium, et mandatiuorum, hodieque superstes; quae esse non potest nisi omnino de verbis. Serius vero, vt clarior esset differentia nominum, et verborum, altero hoc vsu alia sensim forma increuerunt. Ea porro sic aucta, in praesenti cumprimis tempore, etiam inflectendi rationem diu vagam habuerunt, promiscuam de indeterminata forma secunda, sed magis tamen de prima verborum irregularium, quae halitum suum in sibilum mutarunt. In Codice MS. Transl. Bibl. saepius recurrit persona tertia, *aluſzon*, *fekſzen*, dormit, iacet, cubat (Ruth III. 4. Ionae I. 5. Micheae VII. 5. Esther VII. 8. Iudith XIII. 4. XIV. 16.). Legitur et prima *fekſzek*, iaceo (Dan. X. 9.). Quae clarissime indicant anti-

quam huius temporis inflexionem in singulari: *alufzok, alfzafz, alufzon; fekfzek, fekfzefz, fekfzen.*

Sunt praeterea verba quaedam, quae, formatiuo sibilante aucta, olim hoc fere modo sunt inflexae. In his *tetfzik*, apparet, videtur, es scheint, maxime analogum, praeteritum primum habuit *tetüvék*, sicut *feküvék*; secundum vero praeteritum *tetött*, sicut *fekött*, etiam imperatiuum *tetüdjék*, sicut *feküdjék*, de forma altera non sibilante *tetüdik*, *feküdik*. Primum praeteritum legitur apud Siluestrum: *Ebben tetüvék meg az Istennek mü hozzánk való fzerelme* (I. Ioann. IV. 9.); In hoc apparuit charitas Dei in nobis. Deinde apud Komjáthium: *Én nekem nem tetövék, hogy jól magyarázták vólna* (In Dedicat.); Mihi non videbatur Hungarice bene redditum esse. De cuius plurali *tetüvének* est etiam contractio *tetönek* in Catilena Ioculatoria: *Az Tetemben el fel tetönek;* In apparitione apparuerunt; sicut de plurali *feküvének* iam vidimus superius contractionem *fekönek*. *Tetem* antiquissima formatione apparitio, postea *Tetény*, nomen vici ab euentu. Legitur porro et alterum praeteritum apud eundem Komjáthium: *A' mellyiknek értelme alkalmatosbnak tetött a' Szent Pál Írásához* (Ibid.); Cuius sensus accommodatior visus est, apparuit, ad Sancti Pauli scriptum. Imperatiuum vsurpauit Albertus Molnár in Opere a se translato de Summo Bono: *Mint tetüdjék az Úr Istennek ez illyen festett himeskedés* (Cap. VII. §. I. pag. 240.); Quomodo appareat, placeat, Domino Deo huiusmodi colorata variegatio, exornatio. Praeiuit Molnáro vsu eodem Károlyius: *Ne tetedjenek te neked az istentelenek kedves dolgok* (Eccl. IX. 15. sed in Vulgata 17.); Non placeant tibi res impiis gratae. Quem locum nostra Vulgata sic habet: Non placeat tibi iniuria iniustorum; idem Hungarice interprete Káldio: *Ne tessék neked a' hamisak törvénytelenségek.*

Tet-ſz-ik, olim certe etiam *tet-üſz-ik*, sicut *fek-ſz-ik* vocalius dicitur *fek-üſz-ik*, est de radice *tet*; quod nominis valore hodieque superest apud Esthones: *täht* nempe, Hupelio interprete, Zeichen, Kennzeichen, Schein, signum, nota, apparentia. Sed fuit aliquando idem et apud nos, verbi valore, vel in praesenti sine sibilo, *tet-ik*, *tet-el*, *tet-em*, apparet, appares, appareo. Sic enim occurrit in Vita S. Margarethae: *Kik ö neki tet-nek vala ott lenni*; Qui ei videbantur illic esse.

Huic simile est *met-ſz-ek*, scindo, seco, sculpo, caelo, verbum formae indeterminatae primae, accedente formatiuo sibilante, sed asyllabo, natum de radice *met*; cuius olim, omnino et verbi valore, frequens fuit vsus. Saepe recurrit in Codice MS. Transl. Bibl. *El metöm én veſzſzömet* (Zachar. XI, 14.); Praescidi virgam meam. *El mettetik ö vigasága* (Baruch IV. 34.); Amputabitur exultatio eius. Vsus est eo et Komjáthius: *Terméſzet ſzerént való olajfáról el mettetél* (Ad Rom. XI. 24.): Ex naturali excisus es oleastro. Sed inualuit verbum cum formatiuo sibilante. Hoc olim tertiam personam auctam habuit, *metſzen*. Sic eam Pestius adhibuit: *Minden ſzölö veſzſzöt, ki gyümöltsöt nem hoz, ki metſzen* (Ioan. XV. 2.): Omnem palmitem, qui fructum non fert (amputabit) tollet. Sic hodieque dicitur *vonſzön*, trahit, natum de *von* accepto sibilante formatiuo. Ex antiquis apud Lépesium sic legitur: *Valamit el ér, magához vonſzon* (De Iud. pag. 124.): Quidquid attingit, ad se trahit. Sic etiam apud Telegdium: *Elö vonſzon engemet* (Part. II. in Praef.); Protrahit me. Sed *metſz* hodie amisso augmento vsurpatur. Et, quemadmodum *met* radix nuda, ita et *tet* iam dudum penitus exoleuit. Verum *met* clare tamen indicatur in verbo *metél*, eadem significatione, qua est verbum *metſzen*; nisi quod illud minutam actionem continuam, hoc vero scindendi actum simplicem denotet.

Exemplum praeteriti primi, quod supra ex Codice MS. Transl. Bibl. adduxi, *el metöm*, praescidi, *ö* vocalem, vt mihi videtur, habet cum manifesto contractionis indicio. Ego enim *el metöm* censeo esse de *el metüvém*, sicut *vöm* de *vevém*, et *töm* de *tevém*. Nam, si nulla esset hic contractio, de *el met* esset huius temporis radix proxima *el mete;* de hac porro persona prima, in forma determinata, *el metém.* Similitudine verbi *tetüvék* fuit ergo etiam *el metüve*, suae formae congruenter; fuit *el metüvél;* fuit *el metüvék*. Fuit porro in forma determinata *el metüvéje*, *el metüvéd*, *el metüvém:* etiam contracte *el metüvé*, *el metöd*, *el metöm*.

Haec ita euoluta vltro praebent et aliam radicem *ját;* de qua est nomen *ját-ék*, lusus; sicut *fest-ék*, color, de verbo *fest*, colorat. *Ját*, olim certe verbum, auctum sibilante formatiuo, hodiernam induit formam *ját-ſz-ik*, eadem et hoc significatione.

Sic etiam *lát*, videt, verbum actiuum, accepto sibilante hoc formatiuo, aeque asyllabo, passiuum factum est, *lát-ſz-ik*, videtur.

Fuit et *kérk-üd-ik*, gloriatur, sese iactat, familiare Lépesio hac omnino significatione verbum, olim pariter *kérk-üſz-ik;* de quo idem frequens habet substantiuum actionis *kérküvés*, gloriatio, iactantia; quale est *esküvés* de verbo *esküſzik*. *Mind el várván ezeknek kérküéseket a' saskeselyö* (De Regn. Coel. pag. 147.): Exspectans harum omnium iactantiam aquila. Ex his vltro éruitur radix *kérk:* confirmatur porro Esthonum vsu, cum iis et nobis communi. Nam et illis nomen *körk*, Hupelio interprete, est hochmüthig, hoffärtig, stolz: verbum porro *körk-ist-ama*, in infinitiuo, stolz seyn, prangen; deinde nomen de hoc deriuatum *körk-ist-us*, Hochmuth, Stolz, Prangen. Postremum prangen exacte nostram reddit significationem, *ostentare se;* vicina

sunt reliqua: nam ostentat se, iactat se, et gloriatur; qui est elatus, superbus, arrogans.

Vaj-úd-ik, *vaj-usz-ik*, a radice *vaj*, vel etiam *vaju*, significatum habet quidem in Párizpápaio *languidi*, *attenuati*, *vieti*; sed, qui illi vulgo dari intelligitur, certe amplior est; quem nempe radix habet, Esthonibus communis nobiscum, *waiw*; vt Hupelius reddit, Mühe, Bemühung, Quaal, Unruhe; labor, molestia, tormentum, cruciatus, inquiés.

Al, apud nos reuera semen primum, clarissime ostendit et Hebraicum semen cognatum et nobiscum commune, חל (*chal*) pariter monosyllabum esse: in quo nostri halitum profundum principio lenius efflarunt, deinde penitus neglexerunt. חֲלוֹם (*chalom*), *somnium*, iam est deriuatio de priore; vti nostrum *álom*, aeque *somnium*, etiam *somnus*, de nostro *al*. Quare nobis in *álom* vocalis *á* producatur, explico in deriuatione vocum.

Nyug, itidem commune nobis cum Hebraeis, vocabulum ad vtrosque ex lingua primigenia deriuatum; quod et his monosyllabum fuisse pulchre euoluit et Neumannus, et Löscherus: נָח (*nach*), נוּח (*nuch*), cum eadem, quae est apud nos, *quietis* significatione.

Alk, vocali increscens *alku*, pactum, conuentio, sicuti *bults*, et *bultsu*, indulgentia, forma etiam monosyllaba viguit.

Fek, commune est nobis cum Esthonibus, et Lapponibus: a quibus significatum, quam id nominis habet valore, certius discimus. Illis *paik*, *paike*, in nostrorum ore *p* in *f* mutato, *faik*, et vocali media expressum, *fek*, est locus, situs, Ort, Stelle. Verbi ergo valore *fek* significatione prima est *locari*, *situari*; sed apud nos vicina magis inualuit, *iacet*, *cubat*. Quamquam et Latinis eadem haec sunt: *hic iacet*, *hic situs est*; quod nos ita reddimus, *itt fekszik*.

Esk, iuramentum, nomen aeque monosyllabum. Quod hac forma est in Codice MS. Transl. Bibl. *Eskvel erősejti* (II. Machab. VII. 24.): Iuramento affirmat. Sed recurrit illic et simpliciore forma, *es*. *Hazug est ne szeressetek* (Zachar. VIII. 17.): Iuramentum mendax ne diligatis. *Fel támasztod az eseket, mellyeket beszéllettél a' nemeknek* (Habac. III. 9.): Suscitabis iuramenta, quae locutus es tribubus. Qua sua forma primigenia manifestam reddit originem orientalem, arctamque cum Hebraeis, et Chaldaeis, cognationem. Sed hanc, opportunius, et prolixius euolutam vide in Elencho Vocum Singularium (*Antiqu. Liter. Hungar. Volum. III.*). Nunc breuiter hoc habe: *es* in primigenia lingua fuisse proprie *sublationem*, *assumtionem*; constructum cum his praecipue nominibus, manus, nomen, foedus, *sublatio manus*, *assumtio nominis*, *foederis*, significasse iuramentum, a gestu iurantis, et ab interposito teste, Dei scilicet nomine, vel foedere; demum his etiam neglectis, et tacite subintellectis, vel solum sumtum inualuisse iuris iurandi valore.

C. *V* CONSONA EVANESCENS.

Verba alia, aeque non multa numero, itidem monosyllaba, vt hodie quidem sumuntur, in vocalem puram desinentia, non sunt tamen talia. Nam et ista, de vetusto more halitum in fine efflandi, hunc obscurum habent, ipsum nempe *v*; quem, dum non auditur, sic prorsus, vt in quibusdam nominibus, quiescere dicimus, moueri contra, dum auditur.

Dum quiescit, non est penitus otiosus; sed vocalibus, post quas efflari solet, moram indit, quam, sicuti consona quaecunque, sustinet et ipse effla-

tus: *hl, rl, sl, szt, vl; ró, ó; fú, bú-ik; fő, jő, nő, lő, nyő, sző; hiv, riv, siv, sziv, viv; rov, ov; fuv, buv-ik; föv, jöv, növ, löv, nyöv, szöv:* quorum significatus iam in principio singillatim adscripti sunt.

Quiescit autem, hodierno quam maxime vsu, cum mora, quam modo dixi, primum in horum verborum radicibus primis; deinde quoties his formatiua accedunt a consonante inchoantia.

Mouetur vero, quoties eaedem radices formatiua accipiunt a vocali inchoantia; et, a priore vocali in pronunciando ad sequentem reiectus, priorem in plerisque, sublata mora, breuem reddit. Nam sunt aliqua, in quibus vocalis omni formatione constanter longa manet: *óv, fúv, búv-ik*, et *fő*.

His legibus praemissis, tota horum verborum inflexio iam facilis est, et fere ad regularium amussim exacta. Nulla formatiuorum consona geminanda, praeter eam, quae praeteriti est; nulla halitui assimilanda.

Si qui veterum morem, multa auctoritate firmatum, sequi malint, quod quidem tuto facere possunt; vt nempe obscurum hunc halitum vbique exprimant: inflexionem reddent isti tanto etiam expeditiorem, et prorsus regularem. Nam hoc pacto formatiua omnia, tam a vocali, quam a consonante inchoantia, primis illis radicibus adiicientur omnino in consonam desidentibus. Exemplum videre possumus in praesenti: *hiv, hivsz, hivok*,

hivnak, *hivtok*, *hivunk*. Licet sic porro in reliquis progredi.

Halituum *v*, et *j*, mutua alternatione fit: vt multi duo haec verba, cum *u* vocali, *fúv*, et *búvik*, cum altero halitu leniore proferre ament, *fúj*, et *bújik*. Si haec deligatur forma, radice iterum in consonam desinente, inflexio rursum tota regularis est: *fúj*, *fújſz*, *fújok*, *fújnak*, *fújtok*, *fújunk*; *bújik*, *bújol*, *bújom*, *bújnak*, *bújtok*, *bújunk*.

Est quidem iam antiqua in his halitum negligendi consuetudo. Nam Telegdius ita his vtitur: *Minket az írás még isteneknek is hí* (Part. III. pag. 56.); Nos scriptura adeo et deos vocat. Sic Káldius: *Nem hí engem többé Báálinak* (Osee II. 16.); Non vocabit me vltra Baali. Sic Károlyius: *Az ő ſzele fú, és a' vizek folynak* (Psalm. CXLVII. 18.): Flabit spiritus eius, et fluent aquae. In iis vero, quae *ő* vocalem sonant, multo constantior fuit hic neglectus. Sic habet Lépesius: *Az vadáſz gyakorta hejában lő* (De Morte. pag. 32.); Venator saepe incassum iaculatur. Sic Marosvásárhelyius: *Íme a' te királyod jő teneked ſzelígyen* (pag. 2.); Ecce rex tuus venit tibi mansuetus.

Sed vsu etiam altero, promiscue dominante, multi et halitum expresserunt, non modo in ipsis radicibus nudis, sed etiam auctis, praesertim eorum verborum, quae *i* vocalem sonant. In hoc numero est cumprimis Lépesius: *Siv, riv, jajgat életének hoſzſzabbúlásán* (De Regn. Coel. pag. 252.); Plorat, plangit, eiulat pro vitae suae prolongatione. *Révnak*, *sivnak rajta*, (De Iud. pag. 166.); Plangunt, plorant super eo. Hunc eodem vsu praecessit Pétsius: *Az ſzegényeket egereknek hivja vala* (pag. auers. 34.); Pauperes mures vocabat. *Hivnunk kell az ſzarándokokat* (pag. auers. 82.):

tus: *hí*, *rí*, *sí*, *fzí*, *ví*; *ró*, *ó*; *fú*, *bú-ik*; *fö*, *jö*, *nö*, *lö*, *nyö*, *fzö*; *hiv*, *riv*, *siv*, *fziv*, *viv*; *rov*, *ov*; *fuv*, *buv-ik*; *föv*, *jöv*, *növ*, *löv*, *nyöv*, *fzöv*: quorum significatus iam in principio singillatim adscripti sunt.

Quiescit autem, hodierno quam maxime vsu, cum mora, quam modo dixi, primum in horum verborum radicibus primis; deinde quoties his formatiua accedunt a consonante inchoantia.

Mouetur vero, quoties eaedem radices formatiua accipiunt a vocali inchoantia; et, a priore vocali in pronunciando ad sequentem reiectus, priorem in plerisque, sublata mora, breuem reddit. Nam sunt aliqua, in quibus vocalis omni formatione constanter longa manet: *óv*, *fúv*, *búv-ik*, et *fö*.

His legibus praemissis, tota horum verborum inflexio iam facilis est, et fere ad regularium amussim exacta. Nulla formatiuorum consona geminanda, praeter eam, quae praeteriti est; nulla halitui assimilanda.

Si qui veterum morem, multa aüctoritate firmatum, sequi malint, quod quidem tuto facere possunt; vt nempe obscurum hunc halitum vbique exprimant: inflexionem reddent isti tanto etiam expeditiorem, et prorsus regularem. Nam hoc pacto formatiua omnia, tam a vocali, quam a consonante inchoantia, primis illis radicibus adiicientur omnino in consonam desidentibus. Exemplum videre possumus in praesenti: *hiv*, *hivfz*, *hivok*,

hivnak, *hivtok*, *hivunk*. Licet sic porro in reliquis progredi.

Halituum *v*, et *j*, mutua alternatione fit: vt multi duo haec verba, cum *u* vocali, *fúv*, et *búvik*, cum altero halitu leniore proferre ament, *fúj*, et *bújik*. Si haec deligatur forma, radice iterum in consonam desinente, inflexio rursum tota regularis est: *fúj*, *fújſz*, *fújok*, *fújnak*, *fújtok*, *fújunk*; *bújik*, *bújol*, *bújom*, *bújnak*, *bújtok*, *bújunk*.

Est quidem iam antiqua in his halitum negligendi consuetudo. Nam Telegdius ita his vtitur: *Minket az írás még isteneknek is hí* (Part. III. pag. 56.); Nos scriptura adeo et deos vocat. Sic Káldius: *Nem hí engem többé Báálinak* (Osee II. 16.); Non vocabit me vltra Baali. Sic Károlyius: *Az ö ſzele fú, és a' vizek folynak* (Psalm. CXLVII. 18.): Flabit spiritus eius, et fluent aquae. In iis vero, quae *ö* vocalem sonant, multo constantior fuit hic neglectus. Sic habet Lépesius: *Az vadáſz gyakorta hejában lö* (De Morte. pag. 32.); Venator saepe incassum iaculatur. Sic Marosvásárhelyius: *Íme a' te királyod jö teneked ſzelíden* (pag. 2.); Ecce rex tuus venit tibi mansuetus.

Sed vsu etiam altero, promiscue dominante, multi et halitum expresserunt, non modo in ipsis radicibus nudis, sed etiam auctis, praesertim eorum verborum, quae *i* vocalem sonant. In hoc numero est cumprimis Lépesius: *Siv, riv, jajgat életének hoſzſzabbúlásán* (De Regn. Coel. pag. 252.); Plorat, plangit, eiulat pro vitae suae prolongatione. *Révnak, sivnak rajta* (De Iud. pag. 166.); Plangunt, plorant super eo. Hunc eodem vsu praecessit Pétsius: *Az ſzegényeket egereknek hivja vala* (pag. auers. 34.); Pauperes mures vocabat. *Hivnunk kell az ſzarándokokat* (pag. auers. 82.):

Vocare debemus peregrinantes. Multo altius praeiuit Codex MS. Transl. Bibl. *Hiv engemet én férjem, és nem hiv engemet továbbá Baalinak* (Osee II. 16.); Vocabit me vir meus, et non vocabit me vltra Baali. *Délszegnek királya ki megyen, és viv efzfeknek királya ellen* (Dan. XI. 11.); Rex austri egredietur, et pugnabit aduersus regem aquilonis. *Hogy vivjak a' Persaiak fejedelmök ellen* (Dan. X. 20.); Vt praelier aduersum principem Persarum. *A' vivónak karjai ki vivtatnak* (Dan. XI. 22.); Brachia pugnantis expugnabuntur.

Consona *v*, obscurus in his halitus, videtur apud antiquos saepe etiam in vocalem *u* abiisse; quemadmodum id fieri in quibusdam nominibus hodieque experimur: *darv, daru; fzarv, fzaru.* Est huius vestigium in Summa Actuum Apostolorum a Siluestro carmine elegiaco adornata: *Hütre hiu, Saul! tsoda képen téged az Isten*, (19, 21, et 26.); Ad fidem vocat, Saul! miro modo te Deus. Vix fuerit ista metri necessitas: cum hoc modo legatur et praeteritum in Codice MS. Transl. Bibl. *Egyiptomból hiuttam én fiamat* (Osee XI. 1.); Ex Aegypto vocaui filium meum. Deinde: *Ámos te ellened viutt* (Amos VII. 10.); Rebellauit contra te Amos. Certe *rív*, et *rév*, quam formam vtramque habet Lépesius, ampliore significatu suo, *plorat, plangit, eiulat, vociferatur*, hoc *v* suum, quod posterius inualuit, olim non modo in *u* vocalem mutauit, *riu, reu;* sed soni vicinitate etiam in *o*, interiecta et *j* consona, *río, rijo, réo, réjo.* Idem Codex MS. Transl. Bibl. hoc verbum saepe adhibet: *Réjo monnal orofzlány, mert ő réjo* (Osee XI. 10.); Rugiet quasi leo, quia ipse rugiet. *Úr Sionból réjo* (Amos I. 2.); Dominus de Sion rugiet. *Réjonak üvöltvén ő isteneik ellen* (Baruch VI. 31.); Rugiunt clamantes contra Deos suos. *Réjottanak a' barmoknak tsordáik* (Ioel I. 18.); Mugierunt greges armenti. Antiquissima haec forma com-

munis est nobis cum Hebraeis. Nam eorum רוע (*ró-ja*), ע (*ain*) halitu difficili apud nos in lenem mutato, aeque verbum, sono tam simile nostro, etiam significatione pulchre congruit: *personuit, clamauit, vociferatus est, vocem magnam edidit.* Imo valorem primigenium, detecta hac similitudine, genuine restituit; quem et nos, cumprimis in deriuatis, inuolutum habemus: *riad, riaſzt, riogat, rivalkodik.*

Qui halitum neglexerunt in radicibus primis, eum porro neque assimilatione reuocarunt ante affixa pronomina a consonis inchoantia. Non Telegdius: *Az ő uhait neveken híja* (Part. II. pag. 293.); Proprias oues nominatim vocat. Quo loco conuenit et Káldius: *Az ő tulajdon juhait nevek ſzerént híja* (Ioan. X. 3.). Non Lépesius in verbo *ſzí*, sugit: *Az méhek az virágoknak nedvességöket ſzíják ki* (De Iud. pag. 16.); Apes florum (humorem) succum exsugunt. Multo minus in verbis, quae *ö* vocalem sonant; ne in ipsis quidem imperativis. Ordior a Telegdio: *Jöj ide ſzél — és fúj az holtakra* (Part. II. pag. 848.); Veni spiritus — et insuffla super mortuos. Et hic conuenit Káldius: *Jöj elö lélek* (Ezech. XXXVII. 9.); Veni spiritus. Sic habet et Lépesius: *Föjenek, süljenek* (De Iud. p. 177.); Coquantur, assentur. *Jöjetek az ítéletre* (Ibid. p. 200.); Venite ad iudicium. Sic Pétsius illo antiquior: *Jöjön hozzám, és igyék* (pag. auers. 47.); Veniat ad me, et bibat. Ita et aliae formationes non geminant formatiuorum consonas. Non apud Telegdium: *Juhoknak öltözetekben jönek* (Part. II. pag. 502.); Veniunt in vestimentis ouium. Cui iterum consentit et Káldius: *Juhok ruházatikban jönek* (Matth. VII. 15.). Omitto alios. His ergo, et ceteris, qui istos sequuntur, sufficit neglectum halitum producta vocali compensare.

Halituum *v*, et *j*, commutabilitas, olim admodum frequens, dedit cumprimis verbi *jö* imperatiuum,

eius formatiuo *j* in *v* mutato, *jövetek*, pro *jöjetek*, venite. Ita saepius recurrit in Codice MS. Transl. Bibl. *Eredjetek ki, és jövetek* (Dan. III. 93.); Egredimini, et venite. Deinde locis aliis (Osee VI. 1.; Ioel III. 13.; Ionae I. 7.). Item in Vita MS. S. Alexii: *Jövetek én hozzám mind, kik munkálkodtok;* Venite ad me omnes, qui laboratis. Deinde apud Károlyium: *Jövetek, és lássátok meg az Urnak tselekedetit* (Psalm. XLVI. 8. Edit. Visoliens.); Venite, et videte opera Domini. Ipsum etiam compositum *eljö*, aduenit, in imperatiuo, parte componente postposita, pro *jöj el* fuit *jövel*. Sic habet inter ceteros Siluester: *Jövel, Uram Jézus* (Apoc. XXII. 20.); Veni, mi Domine Iesu!

In his duobus *fúv*, *bûvik*, etiam *fúj*, *bújik*, non modo alternationem horum halituum, sed et neglectum docent veterum exempla. Habet Pétsius: *Az északi szél erösen fúj* (pag. auers. 53.); Septentrionalis ventus vehementer flat. In eius deriuato *v* adhibet Telegdius: *Az fel fuvolkodás meg vakétotta ötet* (Part. II. in Praef.); Inflatio excoecauit eum. Sic etiam Káldius: *Uram! nem fuvalkodott fél én lelkem* (Psalm. CXXX. 1.); Domine! non est exaltatum cor meum. In simplici tamen praeterito negligit Telegdius: *Reájok léhe, rejájok fúa* Part. II. pag. 83.); Insufflauit in eos. Sic et Siluester: *Az elsö angyal trombitát fúa* (Apoc. VIII. 7.); Primus angelus (tubam inflauit) tuba cecinit. Idem fecerunt alii etiam in deriuatis. Lépesius: *Fualljad meg fülökben* (De Ind. pag. 165.); Insuffla in aurem eorum. *Amaz fel fualkodott Nabugodonozor* (Ibid. pag. 205.); Elatus ille Nabugodonozor. Legitur in Verbôtzii Indice simplicis formae inflexio: *Lelket fúnak bele;* Animam inspirant in eam, in caussam. Est enim hic sermo de resuscitata caussa. Etiam *búvék* in primo praeterito cum halitu habet Speculum Poenitentiae: *Az gyermek, mivel meg ijedt, az anyjához*

buvék (Bb. 3.); Infans, quia territus est, apud matrem suam se abdidit. Alii negligunt: *búék*.

In verbo *óv* halitum *v* in *h* mutauit Lépesius, sequente formatiuo a consona *n* inchoante: *Nehéz az embernek meg ohni magát* (De Infern. pag. 203.); Difficile est homini cauere sibi. Alibi sequenti consonae *j* assimilauit: *Az nézők ójják magokat a' bikától* (Ibid. pag. 394.); Spectatores cauent sibi a tauro. Alii vero penitus in quietem miserunt. Telegdius: *Meg ójad tőlök magadat* (Part. II. pag. 502.); Caue tibi ab ipsis. Sic Marosvásárhelyius: *Meg ójátok magatokat az hamis prófétáktól* (pag. 497.); Cauete vobis a falsis prophetis. Consentit cum his et Káldius: *Ójátok magatokat a' hamis prófétáktól* (Matth. VII. 15.).

CAPVT III.

DE VERBORVM INDETERMINATA FORMA SECVNDA, AB ERRORIBVS HODIERNIS VINDICATA.

Verborum forma indeterminata secunda, radice aucta, distincta a reliquis duabus, genuina, vere domestica, vsu antiquissimo, et perpetuo stabilita, triste hodie, et iniquum experitur fatum. Corrumpi coepit fere circa medium seculi proxime elapsi, culpabili nostrorum incuria. Successu temporis, errore crassiore, sensim latius propagato, ita demum neglecta est: vt, nunc praecipue, a plerisque temere confundatur cum forma indeterminata prima; a nonnullis vero impugnetur etiam, ac tota reiiciatur.

Et hoc quidem alterum, aduerso reuera calamo, prae ceteris ausus est Auctor Proludii in Institutiones Linguae Hungaricae. Alia porro vitia intulit praeprimis Magna Grammatica Debretzinensis. Tantis capitibus in errorem abductis non miror Grammaticos minores abiuisse in auia.

Eadem queror aliquanto prolixius Antiquitatum Literaturae Hungaricae Volumine I. (§. 79.); quo loco, per occasionem, isti me vitio acrius opposui: vt id, mea etiam opera, parte aliqua reprimeretur; et fama meliorum Scriptorum nostrorum ab iniuria defenderetur. Nam, quod illic addidi, apte possum et hic repetere. *Quorundam haec peccata, et linguae vulnera, toti iam Hungariae inuruntur a Transiluanis: qui formam vetustam, et probatissimam, egregie conseruant; et editis Grammaticis, hac quidem parte melioribus, fere soli sustinent. — Renituntur vero praepostero huic vsui et de nostris non pauci: vt illa proinde macula, priuatorum tantum vitio tribuenda, vniuersae genti rostrae sine iniuria adspergi non possit.* Cum his ergo bonae caussae sociis propugnamus formam nostram.

Quorundam vitia complura, in his et istam verborum inflexionem non rectam, exponit Stephanus Szent Pálius in Praefatione Grammaticae Hungaricae (pag. X.); sed, vti illa, ita et hanc male affingit vniuersis.

§. I. CONSVETVDO ANTIQVISSIMA, ET PERPETVA, PRO SECVNDA FORMA INDETERMINATA.

Aduersarii consuetudinem nobis obiiciunt. Illam vero et nos vrgemus secundum primam legem generalem. *Quae sunt consuetudine deprauata, eadem non sine consuetudine corriguntur. Deterior, ad meliorem reducta, huic obsequi debet.*

Consuetudo viget hodie, quae verba formae, quam nos defendimus, indeterminatae secundae, vsurpat forma indeterminata prima. Sed viget et altera, nostra illa, tenax formae indeterminatae secundae, passim etiam in Hungaria, et cumprimis in Transiluania. Illa recens est, ab annis summum quinquaginta, principio rarior, sensim irrepens, modo latius inualescens, reuera prisci moris neglectu ex ignoratione. Ista vero nostra, quae illi alteri et modo potiorum vsu tam copiose reclamat, antiquissima est, perpetua, nunquam interrupta.

In vetustissima Allocutione Funebri, cuius aetas aequat annos iam prope sexcentos, clarissima sunt eius vestigia. Durauit ea annis ducentis, et amplius, in sermone vulgi, vnde transiit cumulatissime in monumenta; quae postea et manu scripta sunt, et prelo expressa prodiuerunt, per continuam annorum prope quadringentorum seriem, ad nostram vsque aetatem. Horum auctores formam istam vsu continuo, nunquam iterrupto, fidelissime conseruarunt, et ad nos vsque propagarunt. Religio-

sam apud ipsos formae distinctae curam prodit singularis eorum constantia: qui hanc formae alteri frequenter intermixtam, vt sermonis tulit contextus, nunquam tamen cum ea confuderunt. Non norunt isti sera haec deterioris aeui nostri vitia. Quanta autem nomina! quanta lumina! de quibus modo aliquos tantum memoro: Pázmánum, Lépesium, Telegdium, Károlyium, Káldium. Sed et reliqui, quo sunt antiquiores, quo frequentiores, eo sincerius, eo validius perhibent testimonium.

His reluctari temeritas est, et culpanda linguam corrumpendi obstinatio; si ignoratio depulsa est. Eam vero depellere conabor, venerandae antiquitatis exemplis, vt iam alibi promisi (Ant. Lit. Hung. Vol. I. §. 90.), copiosius adductis: quae clarissime doceant, vsum nostrum, quod illi falso affingitur, non esse abusum priuatum, et popularem.

Iam satis expositum est, in fixis coniugationum formis (Etym. P. I. Sect. II. Cap. II. A. 2.), formam indeterminatam secundam eam esse: quae radicem, ipsam nempe tertiam personam singularem, temporis praesentis, modi indicatiui, iam auctam habet affixo pronomine *ik*; idque in reliquis etiam temporibus, excepto praeterito secundo, constantissime retinet, tantum vocali euphoniae caussa mutata: secundam porro eiusdem numeri personam pronominis *ál*, primam vero pronominis *ém* accessione, vocalibus itidem ad euphoniam accommodatis, format perpetuo, per omnes modos, et tempora omnia.

Quare

Quare addubitantibus, quod verbum sit huius omnino formae, cynosurae instar est ipsa tertia persona singularis, temporis praesentis, modi indicatiui: si eam vsus affixo pronomine *ik* auctam adhibeat.

Sunt vero huiusmodi verba linguae nostrae vsu quam plurima: primum simpliciora, et actiua, et neutra; deinde auctiora, reciproca quidem, et reflexa omnia, tam actiua, quam passiua, et neutra; item omnia passiua factitiua; demum horum omnium potentialia.

His praeuie expositis, iam veterum promo exempla, per modorum, et temporum personas singulas, facto ab altissima aetate principio. Subiungo postea et Grammaticorum in obseruanda eadem hac lege fidelitatem.

A. EXEMPLA VETERVM CONSTRVCTA.

1. MODI INDICATIVI.

a. TEMPORIS PRAESENTIS

1) PERSONA TERTIA.

a) ACTIVORVM, NEVTRORVM, REFLEXORVM.

In Codice MS. Transl. Bibl. (1450). *Miként hólval elmúlik, elmúlt Israelnek királya* (Osee XI. 1.). *Midenem esik e madár a' földnek töérébe madarászndl kül* (Amos III. 5.). *A' tenger megszünik tü töletek* (Ionae 1. 12.). *Ki tégedet látand, elvdlik te töled* (Nahum III. 7.). *Nem távozik el te töled a' ragadozat* (Ibid. 1.). *A' füge nem virágozik* (Habac. III. 17.). *Gáza igen bánkodik* (Zachar. IX. 5.).

forma indeterminata secunda. Exempla, huius praesertim personae tertiae, pauca repetimus.

Ex Maros Vásárhelyio. *Még álmaink között is megmutattatik gyakorta* (pag. 59.). *Pusztán hagyatik tü házatok* (pag. 49.).

Ex Pázmáno. *Mint a' hajó kormányos nélkül haboktól ide 's tova hányatik; úgy, a' melly ember lágy, és elkezdett dolgait félbe hagyja, sok képen kísértgettetik* (Thom. Kemp. Lib. I. Cap. XIII.).

Ex Káldio. *Boldog az ember, ki az Istentöl megdorgáltatik* (Iob. V. 17.). *A' fa, ha elvágatik, ismét megzöldül* (Ibid. XIV. 7.).

c) POTENTIALIVM DE PRIORIBVS.

In Codice MS. Transl. Bibl. *Sok ezereket ejt le, de nem hatalmazhatik* (Dan. XI. 12.). *A' vas nem elegyéjttethetik a' tseréppel* (Ibid. II. 43.).

Apud Gallum Anaxium (1558). *A' bün rajtunk nem hatalmazhatik* (d. ij.). Apud Georgium Draskovitsium (1561). *Nagy bün nélkül nem tagadtathatik* (H. 1.).

Apud Telegdium. *Jót tselekedhetik az ember* (Part. II. pag. 596.). *Sürgölödhetik, és forgolódhatik ugyan az ember* (Ibid. pag. 656.). *Egy haj szál sem eshetik el fejünkröl* (Part. III. pag. 662.). *Nem történhetik semmi háború mí ellenünk* (Ibid. pag. ead.).

Apud Molnárum. *Annak szerelmétöl el nem válhatik* (pag. 290.). *Könnyen kitántorodhatik, és vagy ebbe, vagy ama' vétekbe ütközhetik* (pag. 197.).

Apud Pázmánum. *A' szeretet semmiben meg nem nyughatik, hanem tsak az Istenben* (Thom. Kemp. Libr. III. Cap. VI.). *A' ki többet vet, nem kérkedhetik érdemével* (Ibid. Cap. XXII.). *Eszedben forogjon, hogy ismét megadathatik a' világosság* (Ibid. Cap. VIII.).

Soha nem hibál, és meg sem tsalathatik (Ibid. Cap. XLVI.).

Apud Károlyium. *Az ő életéhez nem bízhatik* (Iob. XXIV. 22.). *Nem távozhatik el a' setétségtől* (Ibid. XV. 30.). *Nem elégedhetik véreddel is* (Sirach XII. 15.).

Apud Lépesium. *Ki lakhatik együtt a' megeméſztő tűzzel* (De Inf. pag. 397.). *A' sötét tömlötzből ki nem menekedhetik* (Ibid. pag. 223.). *A' ſzomjú ſzarvas sem kívánkozhatik jobban a' folyó kút főhöz* (De Regn. Coel. pag. 3.).

Apud Mikesium. *A' káposztás fazék nem ugrándozhatik olly könnyen, mint a' vad ketske.* (Epist. XXXIV.). *E' mind bételjesedhetik* (Epist. LI.).

2) PERSONA SECVNDA.

a) ACTIVORVM, NEVTRORVM, REFLEXORVM.

In Codice MS. Transl. Bibl. *Ha te, Israel! beléndeskedel* (Osee IV. 15.). *Te eſzel, és nem elégedel meg, mustot nyomſz, és nem iſzol bort* (Micheae VI. 14, 15.). *Te pedig menj el a' végezetes ſzerzésre, és megnyugſzol, és állapol te nyugolmadban* (Dan. XII. 13.).

Apud Telegdium. *Elhagyod barátidat, és elválol tőlök* (Part. II. pag. 681.). *Házat építeſz, de nem lakol benne* (Ibid. pag. 761.).

Apud Lépesium. *Midőn magadat vádolod, és meggyónol* (De Inf. pag. 213.). *Keserűségnek poharával telel bé* (Ibid. pag. 253.). *Ha Istennek esől kezébe, boldog vagy* (Ibid. pag. 258.). *Semmit nem félſz, nem törődöl magadban, nem folyamol az isteni segétséghez* (Ibid. pag. 322.). *Hová bizakodol, hogy így túnyákodol* (Ibid. pag. 326.).

Apud Maros Vásárhelyium. *Mit kevélykedel más ember jóſzágából* (pag. 24.). *Mit gondolkodol te magad felől* (pag. 26.). *Tanításán tudakozol* (pag. 246.).

Apud Pázmánum. *Mind eddig sem szűnöm meg, hanem szóllok mindennek* (Thom. Kemp. Lib. III. Cap. III.). *Mindeneket úgy szemléljek, mint mulandókat, kikkel együtt magam is elmúlom* (Ibid. Cap. XXVII.). *A' mint a' jó szerentsében tetszem neki* (Ibid. Cap. VII.). *Mindem háborúságimban te hozzád folyamom, te benned bízom* (Ibid. Cap. XXIII.). *Némellyeknek közönséges dolgokról szóllok, némellyeknek jelekben édesdeden megjelenem* (Ibid. Cap. XLIII.). *Nagy háladással tartozom* (Ibid. Cap. XVIII.). *Te benned, leg fő jóban, alszom, és nyugszom* (Ibid. Cap. XV.). *Mind ezekben, valamit tselekszem, igaz vagyok* (Ibid. Cap. XXX.). *Az én Istenemhez esedezem* (Ibid. Lib. II. Cap. IX.). *A' miben megfogyatkozom, kérlek, te hozd helyre* (Ibid. Lib. III. Cap. XI.). *Te benned ditsekedem, és örvendezek napestig* (Ibid. Cap. XL.). *Így viaskodom én boldogtalan ember magammal* (Ibid. Cap. XLVIII.).

Apud Káldium. *Vigadj, Sion leánya! íme eljövök, és te közötted lakom* (Zach. II. 10.). *Ha lefekszem, azt mondom, mikor kelek fel? ismég az estvét várom, és eltelem fájdalmakkal* (Job. VII. 4.). *Ha szinte megölend is engem, ő benne bízom* (Ibid. XIII. 15.). *Igazsággal jelenem meg színed előtt* (Psalm. XVI. 15.). *Ki ád nekem tollakat, mint a' galambnak, és repülök, és megnyugszom* (Psalm. LIV. 7.). *A' mit tselekszem, nem értem* (Ad Rom. VII. 15.). *Ortzád előtt el nem rejtezem* (Job. XIII. 20.). *El nem távozom ártatlanságomtól* (Ibid. XXVII. 5.). *Ha várakozom, a' pokol az én házam* (Ibid. XVII. 13.). *Mikor megemlekezem, megijedek* (Ibid. XXI. 6.). *Minek előtte egyem, fohászkodom* (Ibid. III. 24.). *Minden napokon, mellyeken most vitézkedem* (Ibid. XIV. 14.). *Gyönyörködöm az Isten törvényében* (Ad Rom. VII. 22.). *Mért, emésztödöm meg hallgatván* (Job. XIII. 19.).

b) PASSIVORVM FACTITIVORVM.

Apud Pázmánum. *Mikor megfosztatom az Isten malasztjától, és magam segétségében hagyatom* (Thom. Kemp. Libr. II. Cap. IX.). *Ha reám fordítod szemeidet, mindjárt új örömmel bétöltetem* (Ibid. Lib. III. Cap. IX.). *Ha te tőled nem segíttetem, és belöl nem taníttatom; teljességgel meghűlök, és gonoszúlok* (Ibid. Cap. XL.).

c) POTENTIALIVM DE PRIORIBVS.

Apud Károlyium. *Semmiképen nem nyughatom* (Job. XI. 18.). *Nem tselekedhetem én magamtól semmit* (Joan. V. 30.). Apud Lépesium: *Mint békéllhetem meg az én Megváltómmal* (De Inf. pag. 209.). Apud Pázmánum: *Ha álnokságimra számot tartasz, meg nem menekedhetem* (Libr. Prec. pag. 261.). *Nem panaszolkodhatom, Uram! ellened* (Ibid. pag. 275.). *Te vagy az én reménységem, a' kihez folyamhatom háborúságimban* (Thom. Kemp. Lib. III. Cap. VI.). *Miben ditsekedhetem, vagy miért kívánok betsűletet* (Ibid. Cap. XL.).

b. TEMPORIS PRAETERITI PRIMI.

1) PERSONA TERTIA.

a) ACTIVORVM, NEVTRORVM, REFLEXORVM.

In vetustissima Allocutione Funebri (1212.): *Mind ő fajának halált evék. Haraguvék Isten.* In Codice MS. Transl. Bibl. *Nabukodonozor király esék ő ortzájára, és Dánielt imádá* (Dan. II. 46.). *Azon időben a' beszéd bételék Nabukodonozoron* (Ibid. IV. 30.). *Dánielnek e' titk éjjel megjelenék látat miatt* (Ibid. II. 19.). *Minden nép megféleinék Urnak ortzájától* (Agg. I. 12.). *Felkelvén Dániel evék* (Dan. XIV. 38.). *Elmene a' király ő hazába, és elalvék vatsorátlan* (Ibid. VI. 18.). *Megharagvék a' király* (Ibid. XIV. 19.). *Ő szellete megkeményedék kevélységben* (Ibid. V. 20.). *Az álom eltávozék ő töle* (Ibid. VI. 18.). *Ő ruháját leveté, és*

zsákba öltözék (Jonae III. 6.). *Imádkozék Urhoz, és monda* (Ibid. IV. 2.).

Késérget-tet-ik, *el*, *em*. Tentatur frequenter.

Kívan-tat-ik, *ol*, *om*. Desideratur.

Köt-tet-ik, *el*, *em*. Ligatur.

Lát-tat-ik, *ol*, *om*. Videtur.

Magafztal-tat-ik, *ol*, *om*. Exaltatur.

Metél-tet-ik, *el*, *em*. Proscinditur.

Mutat-tat-ik, *ol*, *om*. Ostenditur.

Nevez-tet-ik, *el*, *em*. Nominatur.

Nyársal-tat-ik, *ol*, *om*. Veru suffigitur.

Ostoroz-tat-ik, *ol*, *om*. Flagellatur.

Öltöz-tet-ik, *el*, *em*. Induitur.

Segít-tet-ik, *el*, *em*. Iuuatur.

Szabadít-tat-ik, *ol*, *om*. Liberatur.

Számlál-tat-ik, *ol*, *om*. Numeratur.

Szidalmaz-tat-ik, *ol*, *om*. Vituperatur, Obtrectatur.

Talál-tat-ik, *ol*, *om*. Inuenitur.

Tanít-tat-ik, *ol*, *om*. Docetur.

Té-tet-ik, *el*, *em*. Ponitur.

Tifztel-tet-ik, *el*, *em*. Honoratur.

Utál-tat-ik, *ol*, *om*. Contemnitur, Fastiditur.

Végez-tet-ik, *el*, *em*. Finitur.

Vé-tet-ik, *el*, *em*. Accipitur.

Vet-tet-ik, *el*, *em*. Proiicitur.

Zaboláz-tat-ik, *ol*, *om*. Fraenatur.

3. POTENTIALIA.

a. DE ACTIVIS, NEVTRIS.

Bíz-hat-ik, *ol*, *om*. Confidere potest.

E-het-ik, *el*, *em*. Edere potest.

Es-het-ik, *el*, *em*. Cadere potest.

I-hat-ik, *ol*, *om*. Bibere potest.

Lak-hat-ik, *ol*, *om*. Habitare potest, Comessari potest.

Nyug-hat-ik, *ol*, *om*. Quiescere potest.

Vál-hat-ik, *ol*, *om*. Separari potest.

Békéll-het-ik, *el*, *em*. Pacem inire potest.

Folyam-hat-ik, *ol*, *om*. Confugere potest.

Történ-het-ik, *el*, *em*. Euenire potest.

Tseleked-het-ik, *el*, *em*. Agere potest.

Eléged-het-ik, *el*, *em*. Contentus esse potest.

minationem habent (pag. 130.). *Notandum autem est, quod in hac coniugatione multa tempora, et personae, significatione tantum differant ab actiuis secundis, forma vero sint eadem.* Intelligit procul dubio sub actiuis secundis verba vulgo mandatiua, seu factitiua actiua.

Adiicit rite inflexum etiam anomalum verbum *iſzik*, *iſzol*, *iſzom*, etc. (pag. 114.). Tanto magis miror virum in socio verbo *eſzik*, naturae prorsus eiusdem, (pag. 136) iam hallucinantem. Et hoc illi *deponens* est, *passiuorum terminationem imitans*; id tamen *indirecte*, seu indeterminate, in quibusdam temporibus falso inflectendum docet.

Georgii Tsipkés Comaromini Hungaria illustrata, Vltraiecti edita anno 1655, huius formae affixa formatiua separata (pag. 86, et 88.) aeque recta exponit, per priora quidem tempora; sed in futuro subiunctiui, nescio qua incuria, foede labitur.

Pauli Pereſzlényii Grammatica Linguae Hungaricae, Tyrnauiae typis repetitis edita anno 1682, 1702, 1738, habet omnium exactissima, in ipsis certe paradigmatibus, tam passiuis, quam neutris, passiuam terminationem habentibus: *olvastatik*, *olvastatol*, *olvastatom*, etc. *ſzerettetik*, *ſzerettetel*, *ſzerettetem*, etc. (Part. III. Cap. III. pag. 104. et seqq.); *imádkozik*, *imádkozol*, *imádkozom*, etc. *emlekezik*, *emlekezel*, *emlekezem*, etc. *aluſzik*, *aluſzol*, *aluſzom*, etc. (pag. 119, et seqq.). In paucissimis deflectit a recto vsu, personis tantum

secundis non rite datis: *múlom*, *múlſz* pro *múlol*, *múlik*, etc. (pag. 224.).

Transiluanis, etiam recentissimis, danda est merita gloria de hac forma fideliter conseruata.

Insignis est in his Antonius Böjthius. Vir doctissimus in Grammatica sua Hungarice conscripta iam anno 1790, et serius anno 1794 Maros Vásarhelyini in lucem prolata, eam formam per singula paradigmata, in omnibus modis, temporibus, et personis, dat integerrimam: *üttetik*, *üttetel*, *üttetem*, etc. (pag. 157.); *áldatik*, *áldatol*, *áldatom*, etc. (pag. 160.); *eſzik*, *eſzel*, *eſzem*, etc. (pag. 173.); *fázik*, *fázol*, *fázom*, etc. (pag. 181.); *küzdik*, *küzdöl*, *küzdöm*, etc. (pag. 189.). Sincera adiungit his et alia exempla eadem ratione inflectenda.

Deinde Grammatica Hungarica Stephani Szent Páli, Cibinii edita anno 1795, formam eamdem viriliter sustinet: *láttatik*, *láttatol*, *láttatom*, etc. (pag. 106.); *esmértetik*, *esmértetel*, *esmértetem*, etc. (pag. 113.); *eſzik*, *eſzel*, *eſzem*, etc. (pag. 136.); *vergődik*, *vergődöl*, *vergődöm*, etc. (pag. 144.).

Labitur, non quidem affixis formatiuis personarum, sed formatione modorum, in vnico verbo *látſzik*. Exprobrat Hallero in Telemacho, quasi cum eo tota peccaret Hungaria, de verbo *látſzom* formatum praeteritum *látſzatott* pro *látſzott*, quod quandoque habet quidem et Hallerus: *a' puſztának változni látſzott mordsága* (pag. 24.). Ipse

nihilominus de eodem verbo, simili errore, format et imperatiuum; et optatiuum: *látszassék*, *látszassál*, *látszassam*; *látszatnék*, *látszatnál*, *látszatnám* (pag. 141.); de forma certe secundo passiue formata, *látszatik*, quam alibi recte negat sic formari posse (Praefat. pag. VIII.). Non obseruauit verbi *látszik* perfectam analogiam cum verbo *tetszik*. Habet hoc *tessék*; ergo sic illud etiam, *lássék*. Habet praeterea idem *tetszenék*, *tetszenél*, *tetszeném*; ergo sic et alterum, *látszanék*, *látszanál*, *látszanám*. Non praetereo etiam verbi *tetszik* corruptum in subiunctiuo futurum (pag. 164.). Id vero nobis ita est: *tetszendik*, *tetszendel*, *tetszendem*; vti et ipse de *látszik* recte habet, *látszandik*, *látszandol*, *látszandom*.

Placet porro Transiluanica Societas Hungarica Operum suorum Tomo I. Cibinii anno 1796 in lucem edito. Sincera dat passiuae huius formae paradigmata, in ipsis quidem affixis formatiuis personarum: nam ipsa passiui formatio et hic vitiosa est, quam emendare debeo, in paradigmate secundo: *áldatik*, *áldatol*, *áldatom*, etc. (pag. 97.); *vitetik*, *vitetel*, *vitetem*, etc. (pag. 98.). Egregie pugnat pro meliore forma neutrorum: *nyugszik*, *nyugszol*, *nyugszom*, etc. (pag. 103.).

Tria haec *Transiluanicae constantiae monumenta meliora*, tempore fere eodem edita, quo Grammatica prodiit Samuelis Gyarmathii, *Oskoskodva tanító Magyar Nyelvmester*, Claudiopoli anno 1794 prelo expressa, satis refellunt coaeui hu-

ius Philologi Magistri errores, praesertim in *Tabella Verborum Irregularium*, ad paginam 227 relata, graues omnino, et ad horrorem accumulatos. Deficit virum diligentem necessaria in his perspicacia, et iustus rigor. Non discernit consuetudinem vitiosam a recta; perperam miscet verba vere regularia cum irregularibus; et ipsa porro irregularia male confundit; vtrorumque postea personas, praesertim secundas, peius variat; corruptissimum ponit denique subiunctiui futurum formae indeterminatae secundae. Hoc quidem prorsus non est Transiluanicum, sed neque Hungaricum: vero nomine infaustum chaos dicendum. Doleo et Transiluanicam iactantiam saepe ab eo quoque insolentius exeri: quod priuatorum quaedam vitia toti Hungariae affingat, non sufficiente vsus Hungarici notitia.

§. II. ENORMIA SERMONIS VITIA EX CORRVPTIONE SECVNDAE FORMAE INDETERMINATAE.

Iam videamus, quam enormia inferant vitia sermoni patrio: qui hanc verborum formam indeterminatam secundam corrumpunt. Ea vero clare patebunt aliqua similitudine ante oculos posita de lingua Latina, cuius adminiculo, et comparatione, nostram docemus.

Stat in sermone Latino forma passiua verborum deponentium, actiua, vel neutra significatione. Sed fingamus eruditissimum cetera virum, his ta-

men non probe institutum, sic ferme loquentem: „*preco*, et *obtesto* te, mi domine! *dignes* admit-„tere, vt tuus ego comes te *sequam*; in coenula „tua paucis ego *vescam*, sed tua tantum societate „*delectabo*.“ Horrore perculsi, hunc quidem, eruditione alia quantumlibet insignem, imperitum tamen sermonis Latini, inficetumque corruptorem proclamabimus.

Verborum secunda forma indeterminata fixa est linguae nostrae vsu antiquissimo. Ea vulgo passiua dicitur; et verba, significatione actiua, vel neutra, per eam inflexa, iam Molnárus, vt supra vidimus, deponentia, passiuorum terminationem habentia vocauit, Latinorum quadam similitudine. Huius formae neglectu castissima lingua nostra, perinde ac Latina deponentium actiua inflexione, horrendum in modum deformatur. Eiusdem exempli eadem est apud nos enormitas, si ita corruptum efferatur: „*esedezek* elõtted, 's igen *reménykedek*, én uram! *méltoztass* nekem megenged-„ned, hogy téged követvén veled *nyájaskodjak*; „vatsorádnál én keveset *eszek*, tsak egyedül társalkodásodban *gyönyörködök*.“

Latini sermonis integritas poscit deponentia passiue inflexa: „*precor*, et *obtestor* te, mi domine! *digneris* admittere, vt tuus ego comes te „*sequar*; in coenula tua paucis ego *vescar*, sed „tua tantum societate *delectabor*.“ Ita exigit et linguae nostrae puritas verba nostra formae propriae legibus accommodata: „*esedezem* elõtted, 's

„ igen *reménykedem*, én uram! *méltóztassál* ne-„ kem megengedned, hogy téged követvén veled „ *nyájaskodjam*; vatsorádnál én keveset *eszem*, „ tsak egyedül társaságodban *gyönyörködöm*.“

A. FREQVENTIA VITIORVM.

Quia vero secunda haec forma indeterminata in lingua nostra multo est frequentior, quam sint apud Latinos deponentia: consequuntur ex eius vsu deprauato etiam sermonis vitia multo cumulatiora. Scriptores nostri recentiores fere omnes, insignes illi quidem plerique argumentorum varietate, abundantes verborum copia, felices eorundem nexu recto, genuino, tot haec decora, hac tamen forma verborum perperam neglecta, quam indigne obscurant!

Non est vndequaque immunis hoc vitio vel ipse Faludius, cultissimus licet aeui nostri Scriptor Hungaricus. *Esedezz a' mindenható előtt böltseségért* (*Szent Ember*. §. 9. pag. 25.). *Szíved, lelked megnyugodjon* (Ibid.). *Redd ne igazodjon a' mondás: káros bánkodjék* (Ibid. §. 10. pag. 33.). Mendum cubat in *esedezz*; quod sic esse debet *esedezzél*. Aeque erronea sunt *megnyugodjon*, *igazodjon*; quod recte sequitur, *káros bánkodjék*, ita et haec restituenda monet, *megnyugodjék*, *igazodjék*. Contaminantur quandoque eadem hac macula et versus elegantissimi huius Poetae. *Rút forgó szél indúla — Tsak álom volt, elmúla* (*VIII. Ének*. pag. 22.). Verbum *elmúla* respondet priori

indúla; versus necessitate, sed corrupte. Recta inflexio poscit *elmúlék*.

Magnam nominis celebritatem meruit nostra hac aetate Pétzelius; verum et ille saepe hic labitur. *Bútsúzz ez élettől* (*XIV. Mese*, pag. 105.). Verbum *bútsúzik* exigit imperatiuum *bútsúzzál*. *Egy szegény juhásznak nyája úgy legele, Hogy minden tölgy kétszer napjában megtele* (*XVIII. Mese*, pag. 113.). De verbo *megtelik* vitiosum est praeteritum *megtele*; forma propria hoc est genuinum, *megtelék*.

Ingratum est nominare alios, qui adhuc viuunt, seque inter Scriptores hodiernos linguae patriae cognitione non vltimos iactant: cum tamen vel vnico hoc errore nullam habeant paginam non saepius inquinatam.

Homines nostri, linguam patriam tam male edocti, errores eosdem obtrudunt et exteris, cum ab iis consuluntur fide bona. De hoc erat numero, qui Fischerum lusit in Tabella II. et IV. vocum Tartaricarum, et Assanicarum, cum nostris congruentium, quam et Schlötzerus produxit in Vniuersali Historia Septentrionali (pag. 432, et 433.): ich esse, *eszek*, aschidm; ich trinke, *iszok*, itschedm; ich schlafe, *aluszok*, alaten. Viro Optimo meliora obtulisset, vel Molnári, vel Párizpápaii Dictionarium, *eszem*, *iszom*, *aluszom*; quae illis Asiaticis et hac sua terminatione genuina fuissent propiora, praesertim lenius prolatis, omissa litera *d*, quam addidit violentior pronunciatio, *aschim*, *itschem*, *alatén*.

Propagarunt, hodieque propagant, praeter voces alias monstrose effictas, et hoc formae corruptae vitium ephemerides infaustae. Ita et hae ingratae sunt Patriae, ad tantam Praenumerantium liberalitatem! Quae, si a Viris scriberentur diligentioribus, et patrii sermonis cognitione probe imbutis, praecipuo essent loco inter ea subsidia: quae copiosiora optamus, ad sustentandam, et prouehendam linguam patriam.

Ipsae adeo simiae quaedam Grammaticae posteriores, priorum corruptrices, sic dicendum praecipiunt: *eſzek*, *iſzok*, *feküſzök*, *aluſzok*, edo, bibo, iaceo, dormio; *egyek*, *igyak*, edam, bibam; *egyen*, *igyon*, edat, bibat; *tessen*, *méltóztasson*, placeat, dignetur; *enne*, *inna*, *tetſzene*, *méltóztatna*, ederet, biberet, placeret, dignaretur: sic alia, *háborodok*, *keseredek*, conturbor, amaresco; *háborodſz*, *keseredſz*, conturbaris, amarescis; *háboroda*, *keseredè*, conturbatus est, amaruit; *háborodjak*, *keseredjek*, conturber, amarescam; *háborodjon*, *keseredjen*, conturbetur, amarescat; *háborodnék*, *keserednék*, conturbarer, amarescerem; *háborodna*, *keseredne*, conturbaretur, amaresceret. Quomodo ratio melior haec, et alia, formae propriae restituenda suadeat: vltro ostendunt et paradigmata nostra, et veterum exempla copiosissima, ad quae sunt paradigmata nostra fideliter exacta.

B. CAVSSA VITIORVM.

Princeps caussa vitiorum omnium, quae in lingua nostra inualescunt, est vtique neglectus, et quaedam dedignatio studii grammatici, malo praeiudicio iam dudum nata: quod Hungarus linguam vernaculam cum lacte materno imbiberit, et vsu quotidiano firmatam penitus teneat, eaque ad rem omnem valeat. Frustra sunt exempla gentium, quarum linguas accuratius ediscit. Non aduertit animum ad Germanos, vt hos memorem nobis proximos. Et isti, nati scilicet Germani, linguam certe Germanicam a pueris loquuntur: ipsam nihilominus grammatice perdiscunt multa cum diligentia; antequam calamum ad scribendum arripiant; antequam ad munia publica, vel priuata, accedant. Scimus Hungarice, et ex quo animis haec insedit opinio, vitiis aliis nunc omissis, ea tantum videamus, quae sunt verbis illata.

Antea in scholis nostris, inde a pueritia linguae Latinae studio obruti, id quidem diligenter nobis inculcatum audiuimus: quot sint Latinae coniugationes vocis actiuae, et passiuae; interea vero nihil vnquam de nostris. Quod nobis ex vsu obscure adhaesit de verborum constructione determinata, et indeterminata; id quoque turbarunt saepe magistri diuersa de gente lecti. Discrimen formae passiuae, tanto obscurius perceptum, vel ad sola passiua de actiuis formata leuiter est restrictum; ab actiuis vero, et neutris huius formae verbis, in dies magis remotum. Verba enim Hungarica formae

mae indeterminatae nudae, subscripta Latinis paradigmatibus vocis actiuae, vt eorum significatum darent, cum omnium prima memoriae simul impressa sunt, id mali sensim attulerunt: vt altera illa verba, actiua nempe, et neutra formae passiuae, ad horum analogiam inflecterentur a pueris, praesertim de natione alia, Germanis, et Slauis; quorum consuetudine et nostri in idem vitium pronius trahebantur. Vtrique postea, e scholis ad munia publica promoti, dum in vario vitae genere, sacro, et profano, saepe cum populo agere debuerant, et hunc demum erroribus suis implicuerunt. Principio adhaesit procul dubio in his purior populus; pedetentim cessit postea, et multa consuetudine, et quadam auctoritate: vt, istos doctiores vtique, proinde et linguae patriae peritiores reputans, ipse sibi in errore esse videretur. Quo factum est, vt in ipso etiam populo serperet hoc vitium; non tamen vbique, neque eadem frequentia. Est enim populus noster pure Hungarus, in plerisque partibus, huic formae distinctae, antiqui vsus tenacitate, et hodie multo fidelior; quam eius rectores, et magistri, aliunde eo intrusi.

Irrepsit porro hoc vitium et intermixtarum gentium consuetudine: idque reipsa ibi cumprimis regnat, vbi maior est diuersitas populorum, qui, praeter linguam suam, et nostram loquuntur. Condiscunt hi sermonem nostrum vsu tantum. Notant vtcunque verborum constructionem determinatam; alteram, quo sit discrimine accuratiore subdiuisa,

non adeo obseruant: et in hac confusione procliuius arripiunt analogiam frequentioris formae indeterminatae nudae. In hac se firmant, et nostram quoque propaginem, inter se succrescentem, quotidiano sermonis commercio totam corrumpunt.

Quia vero indeterminata forma aucta, deprauato hoc vsu, non potuit ita penitus exstirpari; vt identidem non audiretur, saltem lacerata, in personis nonnullis, praesertim in tertia singulari temporis praesentis, in qua superest copiosius apud eos etiam, qui reliquas deformant: confusa, et obscurata lege, vbi adesse debeat, a quibusdam male eadem affigitur verbis formae indeterminatae nudae. Auditur hoc vitium cumprimis in imperatiuo vel ex eorum ore, qui cultiores haberi volunt: *járjék, menjék oda; álljék, jöjék ide; ennyit vegyék belőle; keveset szóllják:* quae, restituta suae formae propriae, sic vnice recta sunt: *járjon, menjen oda; álljon, jöjön ide; ennyit vegyen belőle; keveset szólljon.* Quid itaque miremur idem et vulgo familiare iam esse? Hunc vero seducit, vt obseruo, adiectum imperatiuis corruptum *kêd* de antiquo *kegyèd*, gratia tua; quod, a litera *k* inchoans, eandem cogit et priorem esse: *jöjék kêd; menjék kêd; szólljék kêd is már valamit.*

Patrum voto, et Clementissimorum Regum favore, nunc tandem institutio linguae patriae in scholas nostras lege introducta est. Vtinam vero lex ista vniuersos aequaliter teneret: ne Hungari, veteri suo praeiudicio, huic se institutioni subdu-

cerent! Sic enim iuuentus nostra, magistrorum fideli opera, mature melioribus imbuta, cum aliis, tum vero his vitiis, in omni sermone propter verborum frequentiam tam crebris, tam enormibus, inciperet demum modum aliquem ponere; sensimque succrescens iis certe, in dictionibus suis, publicisque scriptis, finem adferret; et ipsum adeo populum pedetentim traduceret in consuetudinem auitam, et sinceram.

§. III. FVTILIA QVAEDAM ARGVMENTA CONTRA SECVNDAM FORMAM INDETERMINATAM.

Scriptores nostri, qui suam hodie operam feruidius conferunt ad promouendam linguam patriam, in duas abeunt partes studio suo nobis hac in re opposito. Nos verborum formam indeterminatam religiose distinguendam esse docemus, alteram radice nuda, alteram aucta. Neutris hoc placet. Alteri, aliquanto mitiores, fauere cupiunt consuetudini confusae; asseruntque nostra verba formae auctae, vsu promiscuo, inflecti posse ad normam formae etiam nudae, prout cuique libuerit; vel certe, vt aliqua tamen adsit caussa, prout suaserit sonus suauior, aut facilior versum extundendi ratio. Alteri autem rigidi, et iniurii, formam auctam prorsus tollere volunt: quod ea, vt illi adstruunt, abusu inualuerit priuato, et populari; deinde ut lingua reddatur simplicior, coniugationum numero ad duas tantum restricto, indeterminatam verborum omnium,

actiuorum vero etiam determinatam; demum vt confusio euitetur, quae illis, stante forma nostra indeterminata aucta, in verbis oriri videtur ex personis nonnullis terminatione similibus. Vtrique porro ad sua tuenda eo sunt audaciores: quod linguam nostram, viuam adhuc, putent in nostra esse potestate, *in nostra manu;* possitque ea sic et his, vt multis formis aliis, ad arbitrium nostrum mutari, et refingi; praesertim si et consuetudo haec ausa secundet. Et hoc ipsum quam sit futile, si principio statim ostenderimus; reliqua erunt leuiora, et sponte ruent.

A. REFVTATIO

1. OBIECTIONVM COMMVNIVM.

Multum isti consuetudini tribuunt, moti cumprimis Adelungi auctoritate: cui iungunt et veterum graues de eadem consuetudine sententias. Sed vtinam, et Adelungum, et alios penitius inspicerent; quaeque in his, vel sparsim, vel continuo dicta inueniunt, ea inter se fideliter collata diligentius expenderent: vltro obseruarent ipsi eandem consuetudinem, cui tantus asseritnr dominatus, certis etiam legibus restringi; discrimen fieri inter rectam, et deprauatam; et rectae quidem indicari et signa indubitata, et sedem fixam. Egi de his in Ingressu meo reipsa ad horum mentem, conuenienter sanae rationi, quam sunt et ipsi secuti. Quaedam clarius inserui Institutionibus meis Hungarice datis de Stilo Cultiore (Cap. I. §. I. nota 2.).

Eadem in hac Grammatica mea repeterem loco aptiore in vocum deriuatione; sed ea hic praemitti poscit arrogata illa ipsas etiam verborum formas corrumpendi libertas: quae temere miscet et vocum deriuationes, cum pari linguae nostrae conuulsione.

a. RECTA CONSVETVDO ERVDITORVM CONSENSVS, LINGVA DOCTA.

Audiuimus iam principio Varronis grauem sententiam: *consuetudo loquendi est in motu; itaque solet fieri ex meliore deterior.* Idem porro et hoc aperte monet, quid nobis agendum sit, cum ad consuetudinem prouocamur, vt hodie fit clamore non modico: *qui ad consuetudinem nos vocant, si ad rectam, sequamur.* Manifestum datur hic consuetudinis discrimen. Indicatur porro illius, quae recta est, et vis, et sedes. *Vocabula, quae declinamus, similiter ea in consuetudine esse videmus, et ad eam referimus: et, si quid est erratum, non sine ea corrigimus. — Quae duobus modis dicuntur, cum alterum sit verum, alterum falsum: non, vter peccat, tollit analogias; sed, vter recte dicit, confirmat* (De Lingua Lat. Libr. VIII.).

Et ipse Quintilianus, cum initio consuetudinem summo poneret loco, postea explicat, qualem hic esse velit. Promo ipsa eius verba. *Constituendum inprimis, id ipsum quid sit, quod consuetudinem vocemus. Quae si ex eo, quod plures faciunt, nomen accipiat; periculosissimum dabit praece-*

ptum non orationi modo, sed, quod maius est, vitae. Vnde enim tantum boni, vt pluribus, quae recta sunt, placeant? — In loquendo, non siquid vitiose multis insederit, pro regula sermonis accipiendum erit. — Ergo consuetudinem sermonis vocabo consensum eruditorum, sicut viuendi consensum bonorum (Lib. I. Cap. VI.).

Rectam ergo Latini sermonis consuetudinem in eruditorum consensu collocat Quintilianus: in docta illa, et fixa, auctorum lingua, quos classicos dicimus, qui praecesserunt Quintilianum, aetate aurea, et argentea. Eadem haec, sibi intime nota, citat Adelungus, eodemque modo Germanici sermonis normam, et praesidium certissimum, statuit linguam eruditam, vt ille vocat, die Schriftsprache, linguam scriptorum.

b. ARROGANTIA SCRIPTORVM RECENTIVM.

Sed non praetereo Adelungi animaduersionem, prouide expositam in Systemate Grammaticae Germanicae (In Introduct. §. 40, 42, 43.), et in Opere de Stilo Germanico sollicite repetitam (Tom. I. Part. I. Cap. I. §. 11. 17.): ne scriptores nostri recentiores falsa persuasione turgeant, vaneque iactent, se esse doctae huius linguae auctores.

Non ipsi scriptores crearunt hanc linguam: aliud est eorum de hac meritum, inde hoc nomen ortum ducit. Scriptores enim, in regione beatiore, quam ciues vitae cultioris studio ad statum euehunt florentiorem, in horum lingua communi, se-

se vna euoluente, hoc tantum praestant: quod eam, secundum naturam omnino suam, intimamque proprietatem, collata opera adiuuent. *Proprie non ipsi excolunt linguam; sed colligunt tantum, quod est vniuerse bonum, et pulchrum, quodque in lingua adest iam excultum; idque inde sumtum proponunt nationi in quodam toto pulchre connexo. — Eorum exempla et alios docent, illud ipsum bonum, ac pulchrum, quod reuera adest iam in lingua, imitatione ad rem natam accommodare. — Atque hi non possunt alii esse, nisi qui, praeter sufficientem rerum cognitionem, habeant et suae linguae cognitionem eruditam, atque vna sint et pulchri sensu praediti. — Singularia horum vitia, quae habere debent, cum sint indiuidua singularia, facile possunt detegi comparatione plurium huiusmodi scriptorum: neque labemur vnquam errore, si id, de quo est omnium, aut saltem potiorum consensio, pro vsu habeamus vniuersali, et optimo.*

Periculosa est illa quorundam scriptorum persuasio, in qua sibi stulte placent: *linguam* nempe *nostram, viuam adhuc, in sua esse manu, se esse huius fictores.* Nam et sensu corrupto esse possunt; et linguae peritia, quae requiritur, destituti: quare facile sunt ab eo recessuri, quod est in lingua pulchrum, rectum, vniuersale. Et vero scriptor huiusmodi, elatus arrogante hac persuasione, ignorata, vel contemta linguae natura, et proprietate, ad effictas arbitrio suo analogias ipse sibi lin-

guam creat, abhorrentem a sensu communi; monstrosamque hanc sobolem suam insigni impudentia obtrudit patriae nimium patienti. Grauiter sunt, et saepe, huius aures obtundendae voce meliore. *Scriptor* quidem ea praerogatiua, *qua scriptor* est, *linguam neque creare potest, neque excolere: quandoquidem erudita quaeque lingua nil aliud est, nec esse potest, quam ipsa lingua vitae socialis in regione exculta.*

Haec est Adelungi sententia partim verbis totidem reddita, partim liberius data, et meis interpolata.

c. LEGES PRAECIPVAE GRAMMATICORVM.

Iam et hoc cursim attingamus, quod porro Grammaticis inculcat idem noster Adelungus. *Id, quod proprium est linguae cuique, debet ex ipsa lingua erui. — Linguae praecepta, quae gentis cuiuspiam linguam complectantur communem, vniuersalem, debent colligi ex lingua docta communi, vniuersali. — Grammaticus non est legislator nationis, sed collector tantum legum ab ea factarum. — Linguam sic proponit, vti ea in se est reipsa: non qualis esse posset, vel qualis esse deberet ipsius imaginatione. — Veneratur linguae vsum in singulis eius partibus: sed eum non commiscet cum linguae vitiis, vtut ista communia sint; praesertim cum facile coniici potest, a natione legem propriam violatam esse ignorantia, defectu attentionis, vel incogitantia.* Et ista qui-

dem posteriora, ab Adelungo tam clare dicta, tam opportuna ad distinguendum vsum rectum a vitioso, pulchre dissimulant aduersarii: quibus et Adelungi auctoritate, de consuetudinis praecellentia pleno ore iactata, abuti lubet ad stabiliendam corruptae consuetudinis tyrannidem.

d. DOCTA LINGVA HVNGARICA.

Habent haec omnia idem pondus et in nostra lingua: si doceamus et nobis adesse linguam doctam, eruditorum consensione firmatam, communem, vniuersalem. Adest enimuero, etsi non tanto in flore, in quanto fuit Romana, in quanto est Germanica: sed qualiscunque adsit, grates de ea agendae sunt coelitibus, quorum cura sumus. Numerare possumus secula prope tria: quo temporis decursu egregii ciues nostri multa conscripserunt; certe ad stuporem multa, si vicissitudinum recordemur, quibus iactabantur; multa ad eos rubore suffundendos, qui quodam fastidio vetera negligunt, crasseque ignorant. Eo adhuc tempore, vel angustis limitibus nostris, latius protensa est lingua domestica: ea vsus est colonus in agris numerosior, ciues in vrbibus frequentiores, vtrorumque curiones, praefecti, ordo praeterea nobilium, procerum, summorum sacerdotum. Quapropter fuit ea communior, ipsa sibi magis consentiens, verbo vniuersalis. Scripserunt vero, non modo imi, et medii, sed summi etiam viri, magnates, et primi praesules; suaque hac diligentia transmiserunt ad

nos praeter ingentem verborum copiam, et raras linguae nostrae proprietates, ipsam quoque genuinam, voces inflectendi, ac deriuandi rationem, acceptam ex ipso vsu communi, consentiente, eoque auito, et antiquissimo. Contigit quidem et his, vt in quibusdam errore fuerint lapsi; quod ea aetas nondum attigerit culturam perfectam: multa nihilominus sparsim ab iis relicta sunt vestigia, clara omnino, et indubitata; quibus si presse insistatur, vltro tolluntur et ista vitia leuiora.

Hanc ego linguae nostrae aetatem merito auream assero, et argenteam: quae mihi et consuetudinem meliorem sistit manifestis suis indiciis commendatam; et omnem analogiam recte edocet; et euphoniae rationes pulchre explicat; prudentique euolutioni etymologicae lucem affundit copiosam. Ex ea possumus vnice patrii sermonis praecepta omnia dare certissima. Aetati nostrae, etsi hoc nomine exsultet, id quidem nequit iure tribui. Scio, quibus valeat, eaque iam parte aliqua satis indicaui; verum eo quam maxime deficit, ex quo cumprimis repetenda est insignis haec gloria. Quotus enim quisque est, qui, cum multa audeat scribere, serio laboret vna et ipsius linguae eruditam capere cognitionem? Leue, et superfluum videtur plerisque hoc studium. Nudae, et vagae consuetudini se committunt. Et cum postea ad multa offendunt in ea secum pugnantia: fluctuant ineptis argutiis huc illuc distracti, et ipsi adeo linguae temere obluctantur. Miscent vsum rectum cum deprauato:

vitiant analogias recta consuetudine firmatas. Consensionem certe, quae poscitur, solida fundatam ratione nullam habent. Eos proinde in dandis linguae praeceptis nos quidem sequi non possumus. Nec volumus iis ducibus linguam propagare, et deriuationibus non genuinis, et ipsis adeo inflexionibus non rectis corruptam, et confusam.

2. OBIECTIONVM SINGVLARIVM.

Quare, vt iam ad reliquas obiectiones transeamus, nos in verbis inflectendis consuetudini hodiernae, horum indeterminatam formam auctam cum nuda confundenti, fauere non possumus. Iam ostendimus ad euidentiam, discrimen inter formam vtramque a maioribus nostris, omni aetate superiore, tanta cum constantia, tam rigide, ac religiose fuisse in omni sermone obseruatum: vt, frequenti licet formae auctae concursu cum nuda, ex quo procliuior esse potuit leuior aliqua confusio, ne ista quidem, lapsu tam facili, vspiam commissa occurrat. In tanta igitur seueritate legis omnino communis, perpetuae, vniuersalis, qui has formas aiunt pro lubitu misceri posse: socii sunt degenerum ciuium, qui legem a populo factam serius ignoratione violarunt; erudita linguae cognitione, quae requiritur, prorsus vacui; corruptae consuetudinis mancipia imprudenter obsequiosa. Proferunt enim iam et argumenta ad eam tuendam. Quasi vero sonus suauior in eo esse possit, quod est semel in lingua vitiosum; et grata sit poesis arrogata linguae integritatem corrumpendi licentia.

Sed iam alteros audiamus. Obseruant hi in verbis iisdem confundi formam vtramque vsu hodie promiscuo. Vtrum nos sequi oporteat, graues arbitri quo consilio decernunt? quo rigore? qua iniuria? Duplicem consuetudinem inter se pugnantem, si et vsus potior in dubium vocatur, et analogia negligitur, potestne praesens hoc aeuum recte secernere? sufficitne notitia linguae tantum hodiernae? Adelungi admiratoribus non venit in mentem commendata ab eodem viro immortali lingua erudita, aetas superior, linguae vsus altior: fugit hos, vt verbo complectar vno, linguae historia, quae copiosa apud nos quoque exstat, et certissimas suppeditat discernendi regulas; deficit erudita huius linguae cognitio, ad res tam arduas recte decidendas quam maxime necessaria. Hi ergo linguae auctores modo nati, turgidi rerum antiquarum fastidio, nullo certo consilio, sua tantum imaginatione, seuere edicunt, qualis esse deberet lingua nostra in formis coniugationum: stat forma solum nuda verborum omnium, aucta reiicitur. Crassa horum ignorantia eo fit insolentior: quod errorem suum, *abusum* reuera *priuatum*, et *popularem*, graui tamen iniuria aliis audeant affingere. Iam ostendimus luce clarius, *vsum*, quem nos tuemur formae auctae, esse *communem*; ex ore *populi vniuersi* venisse in linguam eruditam *consensione vniuersali*; eundem in sua hac possessione *auita*, *antiquissima*, *perpetua*, hodieque sustineri potiorum constantia, nata de fideli domestici moris tenaci-

tate, de genuina, et certa scientia, cum in Hungaria, tum vero quam maxime in Transiluania. Et vero pius horum feruor iure se opponit temerariae aliorum ignorantiae, linguae integritatem et hac parte nimium conuellenti.

Nulla est, quam porro addunt rationem: vt lingua simplicior sit reducto coniugationum numero. Lingua enim sese efformans posteaquam illorum, qui ea vsi sunt, consensione communi ipsa sibi certas fixit formas, aeuo iam remotissimo; easque stabiliuit vsu deinde constanti annorum, quos probant monumenta nostra, prope sexcentorum; patiaturne ordine praepostero ita se nunc restringi: vt talis fiat, qualem homines imperiti eam esse volunt imaginatione sua, non vero qualem fideli studio ediscere deberent? Si ipsa hic abundare voluit, quid istis opus est putatoribus? Quid falcem inepte adhibent? Non tollunt *ik* pronomen personae tertiae in praesenti tempore: quia tenacius hic haeret vsu aperto, et communi. Cur saeuiunt in reliqua tempora? et quo successu? Analogia, etsi obscura propter confusam linguae cognitionem, id quidem et in his saepe resuscitat, vsu promiscuo. Redeunt et alia frequenter pronomina; *el, ol*, personae secundae; et *em, om*, personae primae. Linguae nimirum lex, quantumuis repressa, sparsim tamen se insinuat. Confusio pronior est, quam exstirpatio auctae huius formae, non modo in ipsis verbis formae eiusdem, sed in alteris etiam formae nudae, iam et huiusmodi vitia satis exposui. In hoc igitur

vsu vago, quaero ego, an non sit praestabilius, discrimina formarum eo indicata inter se clare tandem secernere? Cur hoc non amplectimur potius; quod vel ista lucta vltro ostendit reuera adesse in lingua nostra. Adest enim vero duplex forma indeterminata; vtraque suis affixis pronominibus, in numero certe singulari, exacte distincta: altera radice nuda, altera radice aucta.

Leuissima est demum illa sollicitudo: vt in verbis vitetur confusio ex nonnullis personis terminatione similibus. Iam molestum est toties regerere, vt in aliis, ita et in his discrimen ex sensu esse capiendum: quod monent et alii magistri linguarum; nec putant propterea leges earum esse immutandas. At vero, similes licet, non tamen eaedem sunt istae personarum terminationes. In errore sunt hic aduersarii, erudita linguae cognitione tanto turpius destituti, quanto sibi certius arrogant arbitrium. Egi de hoc satis superque, oblata occasione, omnino de industria, Antiquitatum Literaturae Hungaricae Volumine I (§. 79, 86, 88.). Et ipsa haec Grammatica mea habet eadem prolixius explanata, cum in pronominum euolutione, tum in exacta personarum formatione. Terminatio *ék*, quae recurrit in omnibus formis tribus, non est eadem: sed euphonia facit similem ex affixis pronominibus reuera diuersis. Exemplum promo, fere superfluum, tantum ad claritatem maiorem: *levelet írnék, ha arra idöm telnék, 's azt a' jó emberek bizonyosan elvinnék*; epistolam scriberem,

si mihi tempus suppeteret, eamque homines boni certo deferrent. In his modi optatiui singularis persona prima, indeterminatae formae nudae, *írnék*, scriberem, sic nata est adiecto eiusdem personae pronomine antiquo *ék: ír-na-ék*, facta vocalium assimilatione *ír-ne-ék*, prona demum concretione *ír-n-ék*. Deinde modi eiusdem singularis persona tertia, indeterminatae formae auctae, *tel-nék*, suppeteret, formata est accedente eiusdem personae affixo pronomine *ik: tel-ne-ik*, inualescente postea vocalium assimilatione *tel-ne-ek*, postremo et concretione *tel-né-k*. Denique modi itidem optatiui pluralis persona tertia, formae iam determinatae, *elvinnék*, deferrent, coaluit adnexo eiusdem personae pronomine plurali *ők*, pari et assimilatione, et concretione, sensim succedente: *elvin-ne-ők*, *elvin-ne-ek*, *elvin-né-k*. Hoc ergo euphoniae facto vero, in tribus diuersis terminationibus, tantum sono similibus, *ék*, *írnék*, *telnék*, *elvínnék*, totidem latent pronomina reuera diuersa, *ék*, *ik*, *ők*. Placuit nempe consensione communi, formationem primam, apertam olim, et claram ex pronominibus diuersis, *írna-ék*, *telne-ik*, *elvinne-ők*, sed vocalibus ita concurrentibus hiulcam, earundem assimilatione, ac demum concretione, reddere gratiorem. Manet eadem et nunc claritas vsu certe; et iis quidem, qui hoc factum norunt, ad ipsam euidentiam. Qui ad ista non penetrant vitio suo: linguam frustra ingementem, propriis ereptam legibus, sua refingunt imaginatione.

Eram in his depromendis paulo acrior; vt exagitarem illam etiam latentem superbiam, cum indigna coniunctam pertinacia: qua nonnulli has obiectiones non ponunt propterea, quod de veritate ambigerent; sed ne se hactenus errasse faterentur. Nomen suum libris iam editis celebre, iactatam patrii sermonis peritiam, perennare volunt cum ipsius linguae detrimento. Corrumpatur lingua sincera intermixtis eorum vitiis, nil pensi habent: modo integra sit excitata de iis opinio. Tam longe absunt isti ab indole hominis ingenui, bonique ciuis officio: qui errorem fateri non putat probrosum esse; sed perseuerare in errore malitiam; impium vero errorem tuendo, rem communem, et charissima quaeque inferiora habere. Iam dudum sentio hos ad tyrannidem armatos. Bellum quidem, quod mihi meliora meditanti saepe minabantur, iam aperte commovent. Quare et ego multo animosior in aciem prodeo. Praesidium certe, quod occupaui hoc apparatu meo, tutabor intrepide, Confido copiis auxiliaribus, sinceris, domesticis: quas ipsa lingua, pro qua pugno, promte suppeditat ex intimis penetralibus suis.

B. OBSERVATIONES.

1. EXEMPLA FORMAE VTRIVSQVE RECTA, ET VITIOSA.

Pauca quaedam verba iam dudum per formam vtramque inflectuntur vsu promiscuo. Indulgens consuetudo cum ea nondum velit seuere esse re-

stricta ad formam alterutram: iisdem tuto et nos vtemur promiscue per omnes personas, modorum, et temporum omnium. Talium his plura vix reperiuntur, quae sint reuera huc referenda: *omol*, *oſzol*, *bomol*, *romol*, radicibus nudis; eadem et auctis, *oml-ik*, *oſzl-ik*, *boml-ik*, *roml-ik*.

Pázmánus adhibet haec in forma aucta: *mindjárt elromlék a' pohár* (Lib. Prec. pag. 83.); illico confractus est calix. Telegdio placent in forma nuda: *az ördögnek birodalma romol* (Part. II. pag. 425.): diaboli potestas ruit. Sic etiam Maros Vásárhelyio: *döghalál miatt ſzörnyen megromla* (pag. 50.); per pestem atrociter corruit. Item et Káldio: *a' karom az ö tsontjaival megromoljon* (Job. XXXI. 22.).); brachium meum cum suis ossibus confringatur. Similiter et alia eidem Maros Vásárhelyio: *sok helyekre kioſzol* (pag. 131.); ad multa loca diuiditur. Káldio praeterea: *eloſzol a' földre a' hévség* (Job. XXXVIII. 24.); diuiditur aestus per terram. Sic Gallo Anaxio: *ez elsenyvedö testünk elbomol* (f. iiij.), hoc corruptibile corpus nostrum soluetur. Item et Telegdio: *az én békeségemnek frigye soha meg nem bomol* (Part. II. pag. 395.); foedus pacis meae nunquam soluetur.

Alia, etiamsi occurrant apud aliquos variata, sunt horum, vt singularium scriptorum, errores priuati, per incogitantiam commissi, quos et ipsi corrigunt alibi, et reliquorum vsus melior plane tollit. Tale est Lépesianum *múlſz* pro *múlol*.

Aliqua recentiorum vitio augentur *ik* pronomine, nullo prorsus veterum exemplo: *foly-ik*, *hazud-ik*, *úſz-ik*, *tsúſz-ik*, *máſz-ik*, *aſz-ik*, *külömböz-ik*. Horum forma genuina est nuda.

Occurrit exemplum apud Mikesium: *ott foly le a' hegyekről a' víz* (Epist. XXXI.); ibi defluit aqua de montibus. Consentit vetustas, de qua Pázmánum memoro: *folyjon a' te ékes szóllásod mint a' harmat* (Thom. Kemp. Lib. III. Cap. II.); fluat eloquium tuum sicut ros. Eiusdem Pázmáni est et hoc: *de hazuda* (Lib. Prec. pag. 77.); sed mentitus est. Cui iungo iterum Mikesium: *nem hazudok* (Epist. LVIII.): non mentior. Károlyius directe nudam personam tertiam adhibet: *a' hivséges tanu nem hazud* (Prov. XIV. 5.): fidelis testis non mentitur. Sic sunt et alia ab aliis inflexa. A Telegdio: *mint a' farkas seb tovább tsúsz* (Part. II. pag. 416.); sicut carcinoma (cancer) latius serpit. *Egy vétekről százra hajúl, és úsz* (Part. II. pag. 458.): de vno peccato in centum alia deflectit, et natat. A Molnáro: *olly igen betsúszna, mászna* (De Summo Bono pag. 233.); adeo illaberetur, irreperet. A Lépesio: *mint a' széna, melly hamar elasz* (De Morte pag. 64.); sicut foenum, quod cito arescit. Item a Siluestro: *megasza az fű, és az virága lehulla* (I. Petri I. 24.); exaruit foenum, et flos eius decidit.

Quaedam verba irregularia, quae sibilum acutum *sz* halituum more variant, ob hanc similitudinem diu sunt inflexa ad normam verbi substantiui *leszen, lészesz, leszek*, legibus formae nudae propioribus; sed vsu promiscuo exigebantur vna ad leges formae etiam auctae. Vidimus horum exempla loco suo: *aluszon; fekszen, fekszek; eszen;* cum legitima illatione personarum etiam reliquarum: *aluszok, alszasz; fekszesz; eszek, észesz.* Vsus vero posterior haec, antea tam vaga, restrinxit demum, lege fixa, ad solam formam auctam; vt ea hodie, et dudum satis, vnice per hanc recte

inflectantur: *alufzik*, *alufzol*, *alufzom*; *fekfzik*, *fekfzel*, *fekfzem*; *efzik*, *efzel*, *efzem*.

2. OPINIO DE ORTV FORMARVM.

Clarum est, diuersitatem formarum in verbis inflectendis, quam habet lingua nostra, repetendam esse proprie a diuersitate tantummodó affixorum pronominum: quae varie dant eorum personas in iisdem modis, et temporibus, per easdem notas characteristicas in omni verborum genere lege eadem formatis; nisi quod euphonia soleat in iis quaedam moderari, tantum per accidens, non turbata earum essentia.

Ista vero pronominum diuersitas, vt illa verbis affiguntur ad formandas eorum personas, reuera triplex est: proinde in lingua nostra, triplex etiam forma inflectendorum verborum, seu coniugationes, vt vulgo vocantur, sunt reipsa tres.

Linguae aliae, quae nostrae affines sunt, vero hoc discrimine ab affixis pronominibus petito, coniugationem habent proprie vnam. In lingua Hebraica, Chaldaica, Arabica, non proprie coniugationes, sed species diuersae dantur verborum, quae modo fere eodem et in nostra adsunt lingua. Pariter in lingua Lapponica, Fennica, et Esthonica, affixis quidem pronominibus, personarum formatiuis, nostro rigore sumtis, tantum vnica est verborum omnium coniugatio: nam vocalium mutatio, in affixis pronominibus euphonica ratione introducta, vt apud nos, deinde et ipsa radicum modifi-

catio speciem verborum indicans, non recte auget numerum coniugationum. Ex paucis illis vestigiis, quae sunt a Gyarmathio ostensa, idem infero de coniugatione Vogulorum, et affinium populorum.

Fuerit hoc olim et in nostra lingua: vt potior aliqua dialectus coniugationem tantum vnam habuerit; illam certe, Fennicae, Esthonicae, et Lapponicae simillimam; vsu vetustissimo pariter et nobis, atque his gentibus, ad omnem construendi rationem aequaliter adhibitam, nullo adhuc, determinatae, et indeterminatae constructionis discrimine. Pronominum miram in his conuenientiam iam satis exposui in eorundem euolutione. Manifesta sunt pronomina eadem, nobis cum his gentibus communia, euphonica tantum ratione leuiter mutata; singularia *én*, *ed*, *ő*, *vő*, *jő*; pluralia *mü*, *tü*, *ők*, *vők*, *jők*; cum Lapponibus vero et haec, *emek*, *edek*, cumprimis in temporibus praeteritis. Profero eorum exempla cum nostris collata; et nostra quidem vsu hodierno, et antiquissimo; quem olim apud nos quoque ita viguisse, non tantum verosimile, sed certum est ex tanta harum linguarum affinitate, et parte aliqua ex Funebri Allocutione vetustissima.

EXEMPLA.

LAPPONICA.	FENNICA.	ESTHONICA.
QVIBVS NOSTRA SVBIICIVNTVR,		
VSV HODIERNO.	ANTIQVISSIMO.	VALORE LATINO.
	Tempus Praesens.	
Kullam.	*Kuulen.*	*Kulen.*
Kullac.	*Kuulet.*	*Kuled.*
Kulla.	*Kuulee.*	*Kuleb.*
Hallom.	Hallén.	Audio.
Hallod.	Halled.	Audis.
Hallja.	Hallvõ.	Audit.
	Kuulemme.	*Kuleme.*
	Kuulette.	*Kulete.*
	Kuulewat.	*Kulewad.*
Halljuk.	Hallmû.	Audimus.
Halljátok.	Halltû.	Auditis.
Hallják.	Hallvõk.	Audiunt.
Élam.	*Elån.*	*Ellan.*
Élac.	*Elåd.*	*Ellad.*
Éla.	*Elåå.*	*Ellab.*
Élem.	Élén.	Viuo.
Éled.	Éled.	Viuis.
Éli.	Élvõ.	Viuit.
	Elåmme.	*Ellame.*
	Elåtte.	*Ellate.*
	Elåwåt.	*Ellawad.*
Éljük.	Élmû.	Viuimus.
Élitek.	Éltû.	Viuitis.
Élik.	Élvõk.	Viuunt.

Tempus Praeteritum Primum.

Kullim.	*Kuulin.*	*Kulin.*
Kullic.	*Kuulit.*	*Kulid.*
Kulli.	*Kuuli.*	*Kuli.*
Hallám.	Halláén.	Audiui,
Hallád.	Halláed.	Audiuisti.
Hallá, hallája.	Hallávô.	Audiuit.
Kullime.	*Kuulimme.*	*Kulime.*
Kullide.	*Kuulitte.*	*Kulite.*
Kulliga.	*Kuuliwat.*	*Kuliwad.*
Hallók, hallójok.	Hallámü.	Audiuimus,
Hallátok.	Hallátû.	Audiuistis.
Hallák, hallájak.	Hallávök.	Audiuerunt.
Kullimek.	Hallámük.	Audiuimus.
Kullidek.	Hallátük.	Audiuistis.
Élim.	*Elin.*	*Ellin.*
Élic.	*Elit.*	*Ellid.*
Éli.	*Eli.*	*Elli.*
Élém.	Éléén.	Vixi.
Éléd.	Éléed.	Vixisti.
Élé, éléje.	Élévô.	Vixit.
Élime.	*Elimme.*	*Ellime.*
Élide.	*Elitte.*	*Ellite.*
Éliga.	*Eliwât.*	*Elliwad.*
Élôk, élôjök.	Élémû.	Viximus.
Életek.	Élétû.	Vixistis.
Élék, eléjek.	Élévök.	Vixerunt.
Élimek.	Élémük.	Viximus.
Élidek.	Élétûk.	Vixistis.

Vnica haec olim forma, tanta similitudine, apud has gentes cognatas tam late dominans, ab eadem origine altiore ad gentes etiam Slauicas extensa, consensione pulcherrima, et vsu latissimo viget hodieque. Secunda singularis persona sibilans, *as*, *es*, *is*, congruens cum nostra sibilante in forma alia, sui ortus explicatum habet eundem: de eodem scilicet pronomine *ad*, *ed*, *at*, *et*, de quo natum et Lapponicum *ac*. Prima, et secunda pluralis, cum Fennicis, et Lapponicis est in plerisque dialectis prorsus eadem; deflexiones in nonnullis leuiores, vltro explanabiles, ortum ostendunt itidem communem. Promo et horum exempla.

BOHEMICA,
EADEM ET SLAVICA IN HVNGARIA.

Wolám.	Voco.	Učjm.	Doceo.
Woláš.	Vocas.	Učjš.	Doces.
Wolá.	Vocat.	Učj.	Docet.
Woláme.	Vocamus.	Učjme.	Docemus.
Woláte.	Vocatis.	Učjte.	Docetis.
Wolagj.	Vocant.	Učegj.	Docent.

SLAVONICA,
INTER SAVVM, ET DRAVVM.

Slusham.	Ausculto.	*Ucsim.*	Doceo.
Slushash.	Auscultas.	*Ucsish.*	Doces.
Slusha.	Auscultat.	*Ucsi.*	Docet.
Slushamo.	Auscultamus.	*Ucsimo.*	Docemus.
Slushate.	Auscultatis.	*Ucsite.*	Docetis.
Slushaju.	Auscultant.	*Ucse.*	Docent.

POLONICA.

Latam.	Volo.	*Umiem.*	Scio.
Latasz.	Volas.	*Umiesz.*	Scis.
Lata.	Volat.	*Umie.*	Scit.
Latamy.	Volamus.	*Umiemy.*	Scimus.
Latacie.	Volatis.	*Umiecie.*	Scitis.
Lataia.	Volant.	*Umieia.*	Sciunt.

Distinxerit se et alia antiquissimae linguae nostrae dialectus vnica itidem coniugatione, Hebraicae quam proxima: tertia singulari persona nuda, per nullum pronomen aperte demonstrata; reliquis autem fere ita formatis, 'vt est hodie forma indeterminata prima, rudi vtique lege, cuius vestigia nonnulla supersunt in Funebri Allocutione antiquissima.

EXEMPLA

Temporis Praesentis.

Mond.	Dicit.	*Küld.*	Mittit.
Mondasz.	Dicis.	*Küldesz.*	Mittis.
Mondok.	Dico.	*Küldök.*	Mitto.
Mondanak.	Dicunt.	*Küldenek.*	Mittunt.
Mondatok.	Dicitis.	*Küldetek.*	Mittitis.
Mondamuk.	Dicimus.	*Küldemük.*	Mittimus.

Temporis Praeteriti Primi.

Monda.	Dixit.	*Külde.*	Misit.
Mondáál.	Dixisti.	*Küldéél.*	Misisti.
Mondáék.	Dixi.	*Küldéék.*	Misi.
Mondának.	Dixerunt.	*Küldének.*	Miserunt.
Mondátok.	Dixistis.	*Küldétek.*	Misistis.
Mondámuk.	Diximus.	*Küldémük.*	Misimus.

Singularis praeterea dialectus alia, tertia quoque persona aperte demonstrata, vsa fuerit coniugatione distincta, qualis est hodie forma indeterminata secunda, in numero certe singulari, rudi adhuc lege, cuius vestigia, praeter Funebrem Allocutionem vetustissimam, indicant et alia monumenta aeui posterioris.

EXEMPLA

Temporis Praesentis.

Lakik.	Habitat.	*Vépik.*	Graditur.
Lakol.	Habitas.	*Vépel.*	Graderis.
Lakom.	Habito.	*Vépem.*	Gradior.
Laknak.	Habitant.	*Vépnek.*	Gradiuntur.
Laktok.	Habitatis.	*Véptek.*	Gradimini.
Lakmuk.	Habitamus.	*Vépmük.*	Gradimur.

Temporis Praeteriti Primi.

Lakáik.	Habitauit.	*Vépéik.*	Gressus est.
Lakáál.	Habitauisti.	*Vépéél.*	Gressus es.
Lakáam.	Habitaui.	*Vépéem.*	Gressus sum.
Lakának.	Habitauerunt.	*Vépének.*	Gressi sunt.
Lakátok.	Habitauistis.	*Vépétek.*	Gressi estis.
Lakámuk.	Habitauimus.	*Vépémük.*	Gressi sumus.

Hungarus ille populus numerosior, cuius nos reliquiae sumus, memoratur ab Historicis, ante egressum, ex septem tribubus fuisse coalitus; quibus, vt octaua tribus, associati sunt et Cazari, domestico nomine Cabari, gens Turcica, ciuili bello domi victa. Sed antea etiam, in vario motu suo, non potuit non intermisceri diuersis tribubus, iam vicinioribus, iam remotioribus. Harum itaque dia-

lecti variantes pariter confusae sunt: vtque aliae, ita cumprimis et hae formae verborum vsu promiscuo inualuerunt. Principio quidem retenta est in his eadem construendi ratio communis: postea vero, cultura sensim accedente, maior attentio, tam claris earum discriminibus excitata, legem posuit; easque vsu iam certo, qui viget hodieque, accurate distinxit. Sic stabilita est duplex forma indeterminata, altera nudae, altera auctae radicis, verborum genera omnia suo ambitu complectens: constituta praeterea forma determinata verborum tantum actiuorum de forma vtraque, quoties ea cum accusatiuo construerentur demonstrato.

Placere debet nobis ista maiorum nostrorum prouida tenacitas: quod linguae nostrae sese efformantis progressum varium, inde fere ab incunabulis repetitum, possimus in ipsis etiam verborum inflexionibus cum voluptate videre. Diuersa licet pronomina, aut si eadem etiam, sono tamen deflexa, in diuersis dialectis vsu recepta, mira consensione, lege prorsus eadem sunt adiecta radicibus ad formandas verborum personas, seu ad indicandam habitudinum, et statuum, verbis expressorum, relationem ad personas. Coniugationum diuersitas, a pronominum varietate sic orta, praesertim ad classes tam certas iam reducta, adeo non officit linguae nostrae; vt eam ornet potius, et commendet. Ea quidem ista coniugationum varietate minus est implexa, quam Europeae linguae aliae.

3. FALSA DISTINCTIO FORMAE INDETERMINATAE, ET DETERMINATAE.

Inflectendorum verborum tres istas formas, linguae vsu antiquissimo reuera distinctas, cur putem ad claritatem his etiam nominibus esse quam aptissime distinguendas, satis exposui iam principio in defixis coniugationum formis (Cap. I. §. II. sub litera C.). Indeterminatarum vera discrimina, magno incommodo hactenus neglecta, et vel ab ipsis linguae magistris turpiter ignorata, diligenter euolui, et impense commendaui hac disceptatione mea prolixiore. Discrimen, quod noscitur, inter formam indeterminatam, nudam nempe, et determinatam, quidam hodie, Magnam Grammaticam Debretzinensem coeco impetu secuti, nominibus indicant non appositis, reuera falsis. Ne hic error serpat latius, eum penitus silentio dissimulare non possum.

Hi formam iudeterminatam, nobis primam, et nudam, Hungarice sic reddunt, *segítékes forma*, id est, *forma auxiliata;* sic vero determinatam, *ragásztékos forma*, id est, *forma affixis praedita* (Part. VI. §. LXVII. sub litera A, et B, pag. 85, et seqq.).

Sed audiamus primum, cur ipsis videatur forma prior auxiliata esse vocanda, *segítékes forma.* Spectant nempe terminationes verborum substantiuorum, apud nos quoque auxiliarium, *segítő igék: vagy-ok, — vagy-unk, vagy-tok, vagy-nak; le-sz-ek, le-sz-esz, le-sz-sz, — le-sz-ünk, le-sz-tek,*

le-ſz-nek. Has porro terminationes, a suis radicibus resectas, aiunt aliis huius formae radicibus adiici, tam in singulari, quam in plurali numero: *kap-ok*, *kap-ſz*, — *kap-unk*, *kap-tok*, *kap-nak*; *tép-ek*, *tép ſz*, — *tép ünk*, *tép-tek*, *tép-nek*. Memoratur et spuria persona secunda *le-ſz el*; proinde et aliae de ea personae itidem non rectae, *kap-ol*, *tép-el*. Et cum euidens sit, hoc ita fieri: fidenter inferunt, posse hanc formam auxiliatam nominari.

At vero in hac euidentia cur hoc non videtur, quod videri debet? Nam in his verbis substantiuis, quae sunt vna etiam auxiliaria, hanc, obsecro, auxilii significationem habentne ipsae eorum radices: prior nempe *vagy*, olim *vaj*; posterior autem proprie *le*, cui sibilus acutus halituum more accessit, *le-ſz*? Habent vtique. Ergo omissis ipsis radicibus, quae significatione sua praesentes auxiliarentur, resectae earum terminationes, tantum personas indicantes, eodemque modo ipsis adnexae, quo adnectuntur radicibus aliis in forma indeterminata, possuntne his vllum veri nominis auxilium adiicere? Nullum certe. Ex verbis auxiliaribus, et verbis aliis formae indeterminatae, inter se collatis, hoc est vere euidens: variantes illas terminationes a neutris ad altera, sed ad vtraque aliunde esse adiecta modo eodem, ad eorum personas pariter formandas. Et huiusmodi adiectiones, quae personas formant, cum linguae orientales doceant clarissime, et nostra etiam non obscure indicet, mera esse pronomina: cur non potius ad ista

est animus adpulsus, vt certa, et recta dicamus, clare tandem, penitusque eruderanda? Quia ignorantur pronomina antiqua, auxiliarium, aliorumque formae indeterminatae verborum personas formantia: lubet falsam speciem captare, et errore tam crasso huic formae *nomen* aeque *falsum* indere *auxiliatae.*

Iam in forma determinata, quia verborum radicibus eadem accedunt pronomina, in numero certe singulari, quae etiam nominibus adiungi solent ad indicandam horum possessionem, illa et hic affixa esse vltro agnoscuntur, ipsa nempe pronomina personalia. Ad claritatem praemittuntur exempla nominum: *zab-om, zab-od, zab-ja; kép-em, kép-ed, kép-i,* pro *képe, kép-je.* Subiiciuntur his verba priora, sic prorsus aucta iisdem affixis: *kap-om, kap-od, kap-ja; tép-em, tép-ed, tép-i.* Sed in numero plurali haerent insignes hi magistri: non enim eadem sunt hic, nominum, et verborum affixa. Exempla nominum sic sunt: *zab-unk, zab-otok, zab-jok; kép-ünk, kép-etek, kép ök, kép-jök;* a quibus aperte abludunt verba: *kap-j-uk, kap-já-tok, kap-já-k; tép-j-ük, tép-i-tek, tép-i-k.* In his conciliandis miscentur recta non rectis: quia deest clara, et distincta cognitio, et ipsorum pronominum affixorum, et verae legis, qua solent ea, tam nominibus, quam verbis affigi. Falso affingitur praeterea Danubianis vsus prauus tertiae personae singularis, *ſzeretje, nevetje;* quam illi in verbis mollium vocalium cum reliquis communem,

szereti, *neveti*, adeo fideliter tenent; vt ipsa etiam crassarum vocalium verba his potius similia faciant, *mondi*, *mari*, pro *mondja*, *marja*.

Sed nos hoc tantum vrgeamus, quod directe facit ad rem praesentem. Vti hic in forma determinata clara ista pronomina, ita et illic in forma indeterminata superiora illa itidem pronomina, loco suo ad euidentiam euoluta, pariter affixa sunt: cum vtraque pariter a fine affigantur verborum radicibus. Ergo forma vtraque, et determinata, et indeterminata, est reuera *affixis praedita*, vt Hungarice redditur, reipsa *ragasztékos*.

Nulla igitur distinctio, ab hoc nomine communi petita, *ragasztékos*: falsa vero illa superior *segítékes*. Restat aptior denominatio, quam dedi iam principio, quamque vsus melior, parte quidem ea, qua hic peccatur, iam dudum tenet.

Est praeterea error grauis, non tam in formis denominandis, quam in verbis ad has formas referendis. Grammaticos minores, simios aliorum, hic nutare non adeo miror: sed, si Samuelem Gyarmathium, Linguae Hungaricae Magistrum ratiocinando instituentem, cum alibi in verbis multum hallucinantem, tum vero et hic, recto ratiocinio destitutum, secumque pugnantem videam; stupeo equidem, totusque cohorresco, et iure indignor.

Si rectam dat (Vol. I. pag. 176. num. IX.) verborum determinatorum notionem; quae obiecta habent certa, et veluti digito monstrata: cur mox (pag. 178. num. X.) verba adiungit huic formae

non congruentia? Obiecta certa, digito monstrata, sunt verborum actiuorum, forma peculiari demonstrata, distincta affixis pronominibus peculiaribus personae primae *em*, *om*; *am*; secundae *ed*, *od*, *ad*; tertiae *i*, *ja*, *e*, *a*: *ſzeret-em*, *ſzeret-ed*, *ſzeret-i*, *tud-om*, *tud-od*, *tud-ja*; *ſzeret-t-em*, *ſzeret-t-ed*, *ſzeret-t-e*, *tud-t-am*, *tud-t-ad*, *tud-t-a*. Quae, malum, est ista dictorum repugnantia, in nota infeliciter adiecta: sunt multa verba *determinata*, quae formam non habent *indeterminatam*, ex. gr. *aggódom*, *teprenkedem*, *válom*, *esem*, *enyéſzem*, et alia quam plurima in *ik* terminata. Haec verba prorsus non sunt actiua, sed neutra; ergo nec determinata esse possunt. Prima eorum persona singularis congruit cum persona eadem formae determinatae; at non secunda, non tertia; differunt et plurales personae omnes: *aggód-om*, *aggód-ol*, *aggód-ik*; *teprenked-em*, *teprenked-el*, *teprenked-ik*, sic et reliqua. Leuiculos raptat vnica similitudo non sufficiens, turpi incogitantia rerum aliarum, quae porro desiderantur ad totum aliquod rite constituendum. Haec verba sunt formae passiuae, vt vulgo dicuntur: sunt formae indeterminatae secundae radice aucta, quo nos discrimine vtimur propter verba huius formae actiua, indeterminate constructa, ex. gr. *e-ſz-em*, *e-ſz-el*, *e-ſz-ik kenyeret*; *i-ſz-om*, *i-ſz-ol*, *i-ſz-ik vizet*: quae, construendi ratione sic poscente, abeunt saepe in formam etiam demonstratam: *e-ſz-em*, *e-ſz-ed*, *e-ſz-i a' kenyeret*; *i-ſz-om*, *i-ſz-od*, *i-ſz-ſza a' vizet.*

Findit et iste, vt vulgus reliquum, pronomina possessiua; eaque, vti nominibus possessis, sic et verbis determinatis, lege eadem iungit, non modo in singulari, verum etiam in plurali: *kérém*, *kéréd*, *kéré*; *kérénk*, *kérétek*, *kérék*. Sed monet in plurali hanc formam rectam, determinatam, vsu malo translatam esse ad formam indeterminatam. Qui eum legit, obseruare debet, hoc restringi oportere ad primam tantum personam: *kérénk* perperam translatum de sua forma propria determinata ad indeterminatam; et illi *kérök* aliunde substitutum. Perfectam pronominum possessiuorum conuenientiam cum verbis determinatis, in hoc solum tempore praeterito primo, ostendit ille ad euidentiam, verbi personis sub ipsa pronomina collocatis.

enyém, *tiéd*, *övé*, *miénk*, *tiétek*, *övék*.
kérém, *kéréd*, *kéré*, *kérénk*, *kérétek*, *kérék*.

Sed tempus praesens, ab his vtique dissentiens, notat illico, pari collocatione instituta, conuenire potius cum datiuis eorundem pronominum.

nékem, *néked*, *néki*, *nékünk*, *néktek*, *nékik*.
kérem, *kéred*, *kéri*, *kérünk*, *kértek*, *kérik*.

Vbi, praeter primam pluralem personam *kérünk*, pro qua est hodie *kérjük*, si stant dicta superiora, iam et secunda occurrit vsu malo alio translata, *kértek*, pro hodierna *kéritek*.

Quas aberrationes, quos saltus faciunt tenebrae! Ignorantur, quod saepe dico, vera pronomina affixa; ignoratur lex genuina, qua ea et nominibus, et verbis, affigi solent. Vt similitudo extorqueatur,

torqueatur, falso producuntur pronomina *tiéd*, *tiétek*; quae vsus rectus correpta profert, *tied*, *tietek*. Vocalium in his personis productarum ratio est alia, quam satis exposui loco suo. A radice proxima *kére* fiunt hae personae, accedentibus affixis pronominibus personalibus, et vtrorumque vocalibus in vnam longam coalescentibus: *kére-em*, *kérém*; *kére-ed*, *kéréd*; *kére-e*, *kéré*; sic *láta-am*, *látám*; *láta-ad*, *látád*; *láta-a*, *látá*. Vocales in tempore praesenti breues habent suam itidem rationem: quia radicibus consona terminatis accedunt affixa a vocalibus breuibus inchoantia. Conuenientia cum datiuis ab eadem est lege: *nek*, proprie nomen, *relationem*, *oppositum* significans, vsu accommodo datiui formatiuum, quia consona finitur, eadem affixa vocalia breuia accipit aeque breuia.

Dum sic ille, non philosophatur, sed nugis distrahitur, pro more suo illudit iterum Hungaris: in optatiui imperfecto, et in praeterito primo indicatiui, pars magna Hungariae erronee sic loquitur: *ha a' királyt látnánk*, rectius est *látnók*; *most látánk a' fejedelmet*, rectius est *látók*. Excidit viro, quod paulo ante ex pronominum possessiuorum similitudine intulit: formae determinatae primam personam pluralem genuinam in praeterito primo esse *kérénk*, per analogiam certe etiam in optatiui imperfecto *kérnénk*; sic alia crassarum vocalium *látánk*, *látnánk*; sed haec vsu malo translata esse ad formam indeterminatam, substitutis in locum eorum formis aliis, *kérök*, *kér-*

nök, *látók*, *látnók*. Si huius est ille mentis, Hungaros, non vituperare, sed laudare debuit: magnam eorum partem formae determinatae primigeniae esse fideliter tenacem; ab alia, quam vsus malus induxit, insigni constantia esse abhorrentem. Ecce! quomodo huc illuc iactatur, cui non recte cognita sunt vera personarum formatiua.

Idem procul dubio neque de personis formae indeterminatae nouit explicatius loqui, ac vulgus reliquum (Vol. I. pag. 149. §. 57.). Per pronomina personalia, quae separata vocamus, et Hungari exprimunt personas verborum, sed vna et ipsa verba inflectunt in fine: *én ſzeret-ek*, *te ſzeret-ſz*, *ő ſzeret*; *mí ſzeret-ünk*, *tí ſzeret-tek*, *ők ſzeret-nek*. Frequentem tamen pronominum nexum cum verbis non putant ita necessarium, vt Galli, vel Germani; siquidem iis neglectis vsu quotidiano adhibeant sola verba inflexa: *ſzeret-ek*, *ſzeret-ſz*, *ſzeret*; *ſzeret-ünk*, *ſzeret-tek*, *ſzeret-nek*. Hoc Grammatici leuiores clamitant peculiare quid esse linguae nostrae: nec obseruant, ea certe affixa, quibus acceptis inflexa verba ad personas referuntur, pronomina esse personalia, vti reuera ea esse patent ad euidentiam in pronominum euolutione. Nos quidem nullam proferimus verbi personam, excepta tertia singulari in forma solummodo indeterminata nuda: quam non indicaret personale pronomen conueniens, adiectum ad verbi radicem vel primam, vel proximam, euphonica ratione accommodatum. Illae ipsae inflexiones verbi, personas

indicantes, sunt pronomina personalia. Cum ergo adsint ista, inflexis verbis concreta; non sunt vtique necessaria alia pronomina separata. Quae tamen si accedant, vt saepe fit, per pleonasmum accedunt, plerumque ad sermonis energiam. Debuit et hoc refutato errore luculentius regeri: licet loco proprio iam clare sit explanatum.

4. FORMA DEFECTIVA PERPERAM DISTINCTA.

Forma defectiua, Magnae Grammaticae Debretzinensi *tsonka forma*, opinione nostra perperam distinguitur. Eam enim personam primam, quae huc refertur, *ditsér-l-ek*, *takar-l-ak*, hoc vsu vnicam, dat pronomen *ék*, indeterminatae formae primae proprium: vt ea proinde ab hac forma separari nequeat; sed obseruatione tantum adiecta, vt nos fecimus, explicari debeat; quomodo inuolutum habeat accusatiuum personae secundae, interiecto inter radicem verbi, et hoc pronomen, eiusdem personae pronomine asyllabo *l*, de syllabico *ál*, excitata vtriusque numeri notione. De quo satis superque actum in euolutione pronominum (Etym. Part. I. Sect. II. Cap. I. §. II. A. pag. 326, et seqq.). Nec dubium est, hanc personam ista esse significatione genuina: *laudo-te-ego*, *tego-te-ego*; *laudo-vos-ego*, *tego-vos-ego*.

Secunda persona, *ditsér-el*, *takar-ol*, vitiosa vtique, latiore hoc vsu falso obtruditur: quod aeque satis clare iam ostendi in exacta personarum for-

matione (pag. 626.). Nam ea, etiamsi recta esset hac formatione, simplici tamen, et nudo affixo pronomine suo aucta, *el*, *ol*, nil amplius indicaret, quam solam agentis verbi personam, *laudas-tu*, *tegis-tu*; primae personae pronomine, quod accusatiuum indicaret inuolutum, nulla sui parte illi admixto, vt sic reddi posset, *laudas-me-tu*, *tegis-me-tu*.

Memoraui loco eodem Hebraeorum rationem pronomina subiecti, et obiecti, cum verbo in vnam vocem constringendi, adductis exemplis primae tantum singularis personae cum reliquis duabus. Admittunt vero idipsum et duae reliquae cum aliis, in vtroque numero, per omnia tempora. Eadem tantum persona in se agens id renuit: quo casu adhibetur singularis verbi species, quae reflexa, vel reciproca dici posset, *hithpahhel*: ex. gr. הִתְפַּקֵּד (*hith-pakkêd*), semet inspexit; הִתְפַּקַּדְתָּ (*hith-pakkad-ta*), temet inspexisti; הִתְפַּקַּדְתִּי (*hith-pakkad-ti*), memet inspexi. Cuiusmodi speciem verborum et nos habemus, natam hoc ipso formatiuo, vt loco suo euoluetur: *emel-ked-em*, memet leuo; *emel ked-el*, temet leuas; *emel-ked-ik*, semet leuat.

Vsus Hebraicus, pronomina obiecti verbo, per personas rite inflexo, subiungendi, communis est multis gentibus etiam Europaeis. Hebraei eo tantum differunt: quod loquendi celeritate ea et pronunciando, et scribendo, iunctim exprimant; alii vero connectant quidem pronunciando, non item

scribendo. Placet exempla Slauica, simili vsu frequentissima, in personis saltem nonnullis proferre: quibus adiungo Hebraica verbi non eiusdem, sed illius, quod iam attuli; in personis vero iisdem.

Wolám ťa.	פְּקַדְתִּיךָ	(*Pekad-ti-khâ*):
Voco te.		Inspexi-te.
Wolám ho.	פְּקַדְתִּיהוּ	(*Pekad-ti-hú*).
Voco eum.		Inspexi-eum.
Woláš mňa.	פְּקַדְתַּנִי	(*Pekad-ta-ni*).
Vocas me.		Inspexisti-me.
Woláš ho.	פְּקַדְתָּהוּ	(*Pekad-ta-hú*).
Vocas eum.		Inspexisti-eum.
Wolal mňa.	פְּקָדַנִי	(*Pekâdâ-ni*).
Vocauit me.		Inspexit-me.
Wolal ťa.	פְּקָדְךָ	(*Pekâd-khâ*).
Vocauit te.		Inspexit-te.
Wolal ho.	פְּקָדָהוּ	(*Pekâd-hú*).
Vocauit eum.		Inspexit-eum.

In lingua nostra turbatur vsus idem iam ipsa singulari persona prima, cum inuoluto secundae personae accusatiuo: *hív-l-ak*, *néz-l-ek*, voco-te-ego, adspicio-te-ego. Personae reliquae etsi admittant accusatiuos personarum aliarum, mutant tamen verbi formam; cum personae primae accusatiuus eam poscat indeterminatam, tertiae vero determinatam: *nézſz engemet*, *megeſzel engemet*, adspicis me, deuoras me; *nézed ötet*, *megeſzed ötet*, adspicis eum, deuoras eum: *néz engemet*, *megeſzik*, vel *megeſzen engemet*, adspicit me, de-

uorat me; *nézi ötet*, *megeszi ötet*, adspicit eum, deuorat eum. Sic sunt ista vsu iam antiquissimo.

Primae personae exemplum, cum innoluto secundae personae accusatiuo, hodie vnicum superstes, conuenit cum Hebraico pronominum contractione, sed non eorundem ordine. Hebraicum personae primae subiungit secundam: פְּקַדְתִּיךָ (*pekad-ti-khâ*), inspexi-ego-te; nostrum praemittit: *nézt-e-l-ek*, adspexi-te-ego. Probabile est et reliquas personas olim cum aliis, modo simili, et ordine eodem, fuisse contractas, nominatiui casus pronominibus posteriore loco positis, aliis vero priore. Eas tamen hoc exemplo fingere difficile est: quod ipsa haec pronomina contrahendi ratio genuina prorsus nos lateat, quomodo quaeque asyllaba sint facta, aut quales subierint mutationes alias. Quo defectu ne historica quidem earum cognitio dari potest: quae linguae studiosos multis aliis exemplis mire oblectat, etiamsi ea ad vsum reuocari iam nequeant.

5. VERBA DEFECTIVA NON RECTE DATA.

Solent in Grammaticis verba defectiua separatim notari; sed plerumque vitiose. Nam ea potissimum huc referuntur, quae proprie anomala sunt, propter halitum in radicibus primis quiescentem, vel expressum, eumque in modis, et temporibus reliquis, euphonica ratione horum formatiuis cedentem, vel assimilatum. Haec nos loco conueniente iam satis explanauimus.

Data sunt illic et defectiua, quae proprie ea sunt: substantiuum verbum primum *vagyon*; eius negatiuum *nintsen*, de forma vetustissima *its*; verbum *megyen* tantum in praesenti vsitatum, de radice prima *me*. His addi potest *jer*, *jere*, veni; *jerünk*, veniamus; *jertek*, venite; vulgi pronunciatione *gyer*, *gyerünk*, *gyertek*.

Perperam huc trahitur *eredj*, abi, apage; *eredjetek*, abite; cuius radix est *ered*, per reliquas personas flexilis, *eredſz*, *eredek*, sic porro per omnia tempora, et modos. Nec *jöſzte* euoluitur, de radice *jö*, vt euolui deberet: est hoc contractum de imperatiuo energico, *jöj-ſze-te*, age veni tu.

6. VERBA IMPERSONALIA IVSTO PLVRA.

In censum etiam impersonalium iusto plura referuntur. Nam et horum pleraque admittunt personas omnes.

Vel ipsum *kell*, oportet, alia etiam significatione pollens, placet, et sic construitur: *nekem nem kelleſz*, mihi non places, ego te non egeo. Sic *illik*, decet; *látſzik*, apparet; *tetſzik*, aeque apparet, et placet; *viſzſzatetſzik*, displicet; *lehet*, fieri potest, esse potest; leguntur, et audiuntur constructa in reliquis etiam personis: *nem illem hozzád*, non tibi congruo; *fejérnek látſzol*, albus appares; *ha neked tetſzem*, si tibi placeo; *én neked mindég viſzſzatetſzem*, ego tibi semper displiceo; *én is ott lehetek*, et ego ibi esse possum. Ita et *esik*, pluit, proprie cadit; *megesik*, accidit; *vir-*

rad, diescit; patiuntur et has constructiones: *mélyen esem*, profunde cado; *ha megesendem*, si lapsus fuero; *mire virradtam?* in quam spem euigilaui?

Pauca, et ista fere manent reuera impersonalia: *fáj*, dolet; *történik*, euenit; *hajnallik*, illucescit, proprie aurorascit, aurora surgit; *estvele-dik*, vesperascit; *derül*, serenatur; *havazik*, ningit. Superiora, proprie quidem personalia, hoc habent peculiare: vt saepe etiam impersonaliter construantur.

ELABORATIOR

ELABORATIORIS GRAMMATICAE HVNGARICAE VOLVMINI SECVNDO ADIECTAE VINDICIAE IVSTISSIMAE DE SECVNDA VERBORVM FORMA INDETERMINATA.

INGRESSVS.

Linguam Hungaricam culturae specie quantum deprauarint scriptores hodierni: nimium iam sentit ipsa Patria vniuersa, frequentesque ingeminat de eo querelas, et malo crescenti finem imponi optat. Communi hac voce non potui non et ego identidem grauius commoueri: vt demum animum etiam adplicare coeperim ad tentanda, pro viribus saltem meis, aliqua inundantis mali remedia. Ad hoc autem vniuersae linguae nostrae, antiquae, mediae, et hodiernae studium solidum suasit mihi mens sana, adhibitis, quae huc faciunt, et reliquis rectae philologiae subsidiis omnibus. Multa, et diuturna meditatio, improbusque labor meus, quas mihi sensim leges detexerit genuinas, certa recti indicia, item et vitiorum certa remedia: loquuntur apparatus mei copiosi, omnium, qui rem intelligunt, graui iudicio probati, non mea iactan-

tia obtrusi. Potui ergo inter alia inflectendorum verborum rationem, hoc cumprimis tempore maxime vitiatam, intrepide exponere, eamque ad linguae leges primaeuas tuto reducere, et errore exturbato emendatam in huius locum fidenter restituere. Id ego hoc praesertim Volumine Secundo Elaboratioris Grammaticae meae, proprio nempe loco, praestiti aliquanto fusius, certe ad euidentiam, congestis argumentis necessariis, pugna etiam acriore contra pertinaces. Exagitaui idem hoc vitium, lenius tamen, iam antea et alio loco, Antiquitatum Literaturae Hungaricae Volumine Primo.

Franciscus Versegius, Musicus, Poeta, Historicus, Philosophus, et quocunque nomine alio ipse a suis admiratoribus vocari optat, pace mea Excellens, sed Grammaticus certe Infimus, vel Nullus potius, vitiosae isti verborum inflexioni perditè addictus, magnopere offensus est et priore hoc loco, et altero illo posteriore. Quare vt vnicam hanc iniuriam, si iniuria est verum dicere, sibi tanto viro per me illatam, insigniter vlcisceretur: infausta suspicione, seu verius affictione iniqua, et alia commentus vulnera grauiora, me hostem suum cum omni apparatu meo protritum ibat, in Opusculo suo Hungarice exarato de Puro Hungarismo (*A' Tiszta Magyarság*). Ferit me saepe in sua etiam Grammatica Hungarica Germanice concinnata (Neuverfaßte Ungarische Sprachlehre). Aduersi moliminis latissima est extensio: ea nihilominus ad tria restringitur capita praecipua.

Primum enim, vt ille ait, Antiquitas Literaturae Hungaricae, digna quidem veneratione, quia prisci sermonis exhibet monumenta, cetera vero nulli est vsui in philologia tota, et prorsus nullae possunt de ea sumi leges grammaticae. Nugae sunt praeterea, et lusus ingenii, absonaeque hypotheses, affixorum, tanquam vocum verarum, significationes explanatae. Inflectendorum verborum distincta demum forma tertia, mea expositione forma indeterminata secunda radice aucta, vulgo passiua, est linguae nostrae corruptio Slauica. Haec ille contendit, non rationibus, quas nullas potest adducere solidas, sed detorsionibus perpetuis, absurdis deprauationibus, putidis adeo mendaciis, superba illusione continua, indignoque contemtu, insuper et calumniis, ac probris, non in me solum, sed in ipsos etiam auditores, et amicos meos, immoderate, et acerbe coniectis.

Viris intelligentibus iustam mouit indignationem stupenda hominis inscitia, eruditionis vana specie hactenus vtcunque tecta; offendit eosdem multo grauius coniuncta huic inscitiae temeritas inaudita; offendit intolerabilis arrogantia, et summa pertinacia. Talem aggressorem non refutandum, sed contemnendum putarunt plerique: vel, si errores refellendi sunt propter debiliores, quos corrumpere voluit; ipsum certe, qui, affectu tam vario abreptus, almam veritatem renuit iam et videre, et audire, tantum pudore afficiendum esse, exaggerata facti insolentia. Collegii Hungarici

Tres Socii Selecti, mei antea Auditores Fidelissimi, ingratum hoc negotium feruide expediendum sumserunt sermone patrio, quo aggressor vsus est: vt communem quidem iniuriam, meam, suam, et amicorum, vindicarent iusta confusione; sed rationes multo diligentius adferrent ad contagionem, quae infirmioribus adhaereret, gnauiter depellendam *). Vtiliter excurrunt illi in omnes fere grauiores aduersarii errores: suisque disceptationibus rectam explicant totius philologiae notionem, indicant materiam, item et subsidia, et leges generales; vt certus sit modus in omni disputatione de rebus etiam grammaticis.

*) Trium Auditorum totidem Disceptationes Philologicae typis expressae prodiuerunt Pestini.

1) *Versegi Ferentznek tisztasággal kérkedö Tisztátalan Magyarsága, mellyet nyilván való egyenes okokkal tisztán megmutat, Révai Miklósnak Hív Tanítványa, 's Igaz Jó Barátja, Világosvári Miklössi János.*

2) *Versegi Ferentznek megtsalatkozott illetlen Motskolódásai a' Tiszta Magyarságban, mellyeket valóságok szerént nyilván megmutat, és méltán megdorgál, Révai Miklósnak Buzgó Hív Tanítványa, 's Igaz Tisztelöje. Fényfalvi Kardos Adorján.*

3) *Versegi Ferentznek megfogyatkozott Okoskodása a' Tiszta Magyarságban, mellyet a' józan okoskodásnak törvényeiböl kihozatott igaz okokkal megbizonyít, Révai Miklósnak Hív Tanítványa, és Szeretö Barátja, Boldogréti Víg Lászlö.*

Auditorum nomina in titulis ficta sunt, et in Selectorum Societate adoptata.

Sed et mihi restant iidem, et alii errores, in Elaboratiore Opere meo sparsim, suis tamen locis, fideliter adnotandi, ac sollicite refellendi. Quos directe profudit aduersarius, suos quasi triarios, contra verborum formam indeterminatam secundam, iam satis viriliter propugnatam: eos hoc loco prioribus apte nectendos monet argumenti continuatio. Et statim in principio occurret de his, rigidius redarguendum, Versegii assertum insolens: quo vulgat formam indeterminatam secundam esse corruptionem Slauicam. Discutientur postea futiles rationes duas formas, suis analogiis clare distinctas, in vnam cogendi. Dissipabuntur demum obiectiones vanae, ac depravatae, contra formam euidentissimam. Tribus his Capitibus absoluentur adiectae Vindiciae Iustissimae, a Ioanne Miklósfio iam Hungarice datae, hic vero partem maximam verbis prope iisdem Latine redditae.

CAPVT I.

VERSEGII ASSERTVM INSOLENS, FORMAM INDETERMINATAM SECVNDAM ESSE CORRVPTIONEM SLAVICAM.

Slaui, Hungaris intermixti, nisi a pueris condiscant linguam Hungaricam, aetate prouectiore aegre in ea se perficiunt. Haeret ipsis pronunciatio non sincera, quae se prodit cumprimis in *a* vocali obscura, et breui, ab ipsis plerumque ore patulo, et clare producta. Errant praeterea quam maxime

in verborum formis: quod earum discrimina non rite percipiant, et ipsas propterea confuse adhibeant. Sunt et aliis gentibus sua vitia, tam in pronunciatu, quam in sermone ipso, de suis linguis propriis ad Hungaricam translata: et Hungarus alium quemque Hungarice loquentem clare discernit, qua sit gente ortus. Habent vero et aliae linguae omnes delicatiora ista discrimina. Sed Hungarus peregrinum huiusmodi vitium in nulla gente alia, iniquius, et acerbius notat, quam in Slauica, et superbo contemtu grauissimum obiectat probrum male loquenti, si eum *slavizare* dicat.

Probe nouit Versegius popularium nostrorum hunc morbum, vel vitium potius. Eo ille abuti voluit. Vt enim formam optimam, ab erroribus vindicatam, in inuidiam, et contemtum adduceret, quam posset, maximum; Slauismum illi affinxit, notam abominabilem. In nefasto scripto suo, inter illusiones, et probra alia, hanc ille notam regerit frequentissimam: quo magis ingratae vocis repetitione instillet intentum odium; cui mouendo, vel ipsius conscientia, non sufficiunt argumenta male conquisita.

Sed ipse sibi tantam repente intulit hoc facto ignominiam, quantam illi ne iuratus quidem hostis concitare potuit. Assertum insolens, ad quos vel auditu pertigit, adeo omnes perculit, et offendit: vt illum, delirum illico, et impudentem proclamarint; quod is, vnicus, et exilis homuncio, totum orbem Hungaricum, hac forma domestica recte

vtentem, de Slauismo tam temerarie palam redarguat. Longe enim, ac late ferit, certe vniuersos, non me solum, dicti insolentia. Quotquot sunt in tota Hungaria, sunt autem innumeri, iis etiam locis, quibus degenere hoc aeuo vitium inuexit incogitantia; qui adhaerent formae optimae, tam in sermone, quam in scriptis suis: omnes isti, in errorem lapsi, Slauicam sequuntur corruptionem. In tota itidem Transiluania, linguae primaeuae tenacissimi Siculi, et Hungari, huius formae rectae custodes fidelissimi, eam a Slauis eo etiam intrusam imperite tuentur. Tota demum Antiquitas Hungarica, cuius initia literaria e monumentis certissimis repeti possunt ab annis sexcentis, per incuriam aeque seducta est errore Slauico. Nimia sunt ista, et eo impudentius effutita: quod animi se pleni affectus effrenis, priuatum errorem tuendi pertinacia, tam grande publicum nihili pendere, eiusque vsum optimum perfricte impetere, non vereatur.

Qua autem specie argumentorum, et qua fide, ista se pertinacia tegat, ac muniat: si et hoc porro expendat aequus arbiter; eum quidem stupere, et continuo vel ridere, vel indignari oportet. Iam promo grandia hominis momenta; sed refello etiam adiectis illico obseruationibus necessariis.

§. I. SLAVISMI ARGVMENTVM PRIMVM.

Slauismi ad ignominiam obiecti argumentum primum sic ponit Versegius. Verborum singulares personae primae apud Slauos *m* litera desinunt.

Et isti, cum rudium maiorum nostrorum primi fuerant institutores, eandem terminationem de lingua sua transtulerunt in nostram illic etiam, vbi ea non opus erat.

A. OBSERVATIO PRIMA.

Tantumne est hoc momentum, cuius fiducia adeo illuditur formae optimae? Id vero vel vnica dissipatur obseruatione. Slaui hanc terminationem induxerunt? Mirum sane, Slauos, linguae nostrae non intime gnaros, sed corruptores potius, tam rara tamen, et accurata separatione vsos fuisse: vt illis tantummodo verbis, quorum radices *ik* pronomine essent auctae, adiicerent in primis personis singularibus *m* literae terminationem, et tanta quidem cum constantia, et in ingenti similium verborum copia cum analogia tum exacta: vt huiusmodi verba radicibus auctis clare distinguerentur a verbis reliquis radicibus nudis, et singularem constituerent speciem, sibique propriam sequerentur formam inflexionum. Vidimus horum paradigmata fidelissime restituta: *lép-ik*, *lép-el*, *lép em*; *ſzok-ik*, *ſzok-ol*, *ſzok-om*; *ſzün-het-ik*, *ſzün-het-el*, *ſzün-het-em*; *múl-hat-ik*, *múl-hat-ol*, *múl-hat-om*; *ſzül-et-ik*, *ſzül-et-el*, *ſzül-et-em*; *áld-at-ik*, *áld-at-ol*, *áld-at-om*.

Multum probat Versegius. Slaui in hunc vsque diem errant in vsu verborum radicibus nudis: *látom* egy aſzſzonyt a' piatzon, tseresnyét *árúlja*, majd *veſzem* tôle egy garason. Quid si et alia forma, vulgo determinata, de qua iam persuasi su-

mus, eam sic esse debere, pariter a Slauis ad nos venit. Illi quidem, qui formas inflexionum constrictas esse volunt, possent iniectam hanc suspicionem impensius agitare, et primum coniecturam ex ea probabilem, postea etiam certitudinem elicere. Esset sane peropportunum linguam reddere faciliorem; vt vnica vigeret in ea verborum inflexio, illa nempe indeterminata prima radice nuda, in omni construendi casu: ex. gr. embert *látok*, az embert *látok*; pénzt *kérek*, pénzemet *kérek*. Si enim in illis superioribus inflexio genuina, vniuersaliter stabilita, et recepta, irrepente vsu contrario, nutare iam potest: nutabit in his etiam, sensimque tolletur, modo initium fiat ausu magnanimo. Linguae conditio, vt illi dictitant, est vtique in eorum manibus: possunt tuto ipsam sic versare, vt illis lubet.

Sed nugae sunt istae. Slaui quidem formam determinatam non poterant legibus ita certis definire, quales ea et nunc tenet constanter: quemadmodnm et priorem illam formam indeterminatam secundam radice aucta, vt supra dixi, non ipsi defixerunt ita sibi per omnia congruentem. Hic labor, hoc opus erat sane Hungarorum, in re vtique sua. Ipsi spectabant in his verbis analogias recta consuetudine vniuersali stabilitas, iuxta quas et verba vltro secernebantur in species distinctas, et per hoc in formas inflexionum proprias. Quare et secunda forma indeterminata radice aucta, quam hic tueor, est certissime ita Hungarica, propria,

et domestica; vt est prima indeterminata radice nuda; vt est ipsa determinata; nulla harum est Slauica, spuria, peregrina.

B. OBSERVATIO SECVNDA.

Sed me ad vlteriora iuuat progredi. Obseruo deesse Versegio veram cognitionem primae nostrae historiae, rerum omnino earum, de quibus hic ille fidentissime loquitur. Aut, si ea non ipsi deest, mala agit fide, viliterque sentit de publico, cui se quacunque falsa narratione imponere posse confidit. Erantne soli Slaui maiorum nostrorum primi magistri? An non et Graeci, et Itali, et Galli, et Germani, in his memorantur? An non mature et nati Hungari huic se muneri consecrarunt? Deinde maiores nostri, si rudes erant in re Christiana, at linguae suae, secum allatae, domesticae, non erant certe ita imperiti, ita incurii: vt in ea institutionem, vel aliquam adeo inflexionum mutationem a peregrinis accipere debuerint, praeter vocabula nonnulla rerum antea non notarum.

Videant, obsecro, aequi Lectores, nam Versegium talia fastidientem non moror: quanta ad hanc rem documenta, et qua fide, producat Excellens Auditor meus, Ladislaus Hilarius de Prato Felici, in Disceptatione de Versegii Philosophia Deficiente *). Erant inter primos magistros pere-

*) Indicatur hic Auditoris nomen adoptatum, *Boldogréti Víg László*, cum Disceptatione iam memorata, *Versegi Ferentznek megfogyatkozott Okos-*

grinos, Graecos, Italos, Gallos, Germanos, Slauos, statim et Hungari. Peregrini, vt docendo proficerent, prius populi nostri linguam vsu condiscebant. Hungari, qui in dies increuerunt, et prae exteris ad Canonicatus, aliaque Beneficia, ad ipsos adeo Episcopatus euecti sunt, linguae patriae probe gnari, satagebant certe, ne ea a reliquis vitium caperet. Notum est Decretum Synodale iam anno MCXIV. prouide constitutum: *nihil legatur, vel cantetur in ecclesia, nisi quod fuerit in Synodo collaudatum.* Ea cura, quae huiusmodi legem meditata est, et antea debuit se exerere, et postea durauit diu eadem constantia. Magistri nostri iam Hungari, et primo, et medio praesertim tempore, eadem sollicitudine satis multa scripserunt Hungarice: ab ipsis habemus relicta nobis manuscripta complura, in literatura nostra magni semper aestimanda. Scripserunt serius nominatissima Ecclesise Hungaricae Lumina, Praepositi, Episcopi, Archiepiscopi. Scribendi studium rapuit demum etiam Regni Optimates Seculares, rapuit et alios ciues medios, et imos. Scissiones in religione exortae eandem diligentiam admotis veluti facibus inflammarunt. Ne eruditione nostra

---

kodása a' Tifzta Magyarságban. Rem ille, quae hic strictim attingitur, sub titulo singulari prolixius euoluit: *Nemzetünknek első Kerefztyén Papjai nem voltak mind idegenek.* §. 123. et seqq. Conspirant cum his, quae praemisit breuiter comprehensa §. 42.

ita tumeamus, vt antiquos despiciendos putemus. Erat et antiquis sua eruditio, solida, copiosa, elegans: linguam quidem patriam, et penitius, et sincerius nouerunt. Non possumus admiratione non affici: si videamus, quam isti excellenter scripserint de rebus diuinis, et inter res diuinas de rebus etiam profanis; et nonnulli horum, relictis diuinis, de profanis tantum, selecta ad libitum materia. Hi ab aetate nostra alte recidunt, annis ducentis, tercentis, et prope quadringentis. Sermo Funebris, rarissimum venerandae Antiquitatis monumentum, aequat annos sexcentos.

Sed concedamus liberaliter Versegio: formam verborum, quam nos propugnamus, in principio non fuisse distinctam; lege simplicissima vtramque verborum speciem, et nuda, et aucta radice, pariter inflexam fuisse secundum formam vnicam, vt hodie vocamus, indeterminatam primam radice nuda; alteram eorum speciem radice aucta serius deflexisse ab hac forma ad aliam distinctam, illius iudicio corruptam. Hoc solum iure ab ipso poscimus: vt huius mutationis tam memorabilis tempus defigat, quam late volet. Probe enim nouimus eam non potuisse repente fieri: lente processit per aliquot secula, subactione non facili. Ego hoc tempus sumo apprime extensum, et promo obseruationes, quas prudens inuestigatio vltro sistit cuique ex ipso rei cursu naturali.

Slaui magistri, comparatione cum ceteris facta certe pauci, non poterant secus, nisi veneficiis, et

incantationibus, totam gentem Hungaricam late difusam ita corrumpere: vt in vicis plurimis, in integris comitatibus, praesertim quos in hunc vsque diem vix vlli inquinant Slaui, non diu clara remanserint in populo vniuersalis illius consuetudinis vestigia; exempla nempe frequentissima de vtraque verborum specie per formam eandem vnice inflexa. Itane incurii esse poterant Hungari porro magistri, Sacerdotes inferiores, et alii, deinde Episcopi, Archiepiscopi, et Regni Optimates: vt ad ista exempla, ad genuinas antiqui moris reliquias, animum, et mentem non attenderint? Isti quidem linguam patriam nobis multo impensius curarunt. Vt enim Hungarice scriberent, erant in hoc studio sine exemplo primi: nos autem ad multa horum exempla sero scribimus, et passim infelicius. De tot Scriptoribus nostris, tam variis, et diuersa regione ortis, non poterant saltem aliqui, praesertim antiquiores, non illa ipsa verba adhibere eadem inflexione, ex vsu communi sibi adhaerentia. Ego vero, et omnes alii, qui eandem mecum operam impendunt iis euoluendis, nulla huiusmodi exempla in ipsis inuenimus; altera autem, quae fideliter tuemur, vt sincera, et rectissima, e veterum monumentis, facto a Funebri Sermone exordio, ad proximum vsque seculum, possumus certe innumera proferre ad propriam analogiam exacta.

Omni ergo dubitatione sublata est haec forma vere Hungarica: et, quia Sciptores nostri ita eam constanter obseruarunt, sic fuit eadem in toto po-

pulo nostro; ex istius enim vsu vniuersali transiit in illorum calamos.

Hanc tamen Versegius, homo nuper natus degenere hoc aeuo, omni ratione sua perperam abusus, temerarie Slauicam proclamat. Audet tanta ignominia vel maiorum nostrorum sacros cineres foedare: quibus debetur, inter alia linguae nostrae decora ad nos vsque propagata, et huius formae integritas. Sed istos venerantur alii, quiqui melius sentiunt, veneror ego quam piissime sane etiam ob argumenti magnitudinem, non tantum ob exiliora eorum conamina, Cantiunculas, Libros Precatorios, et Sanctorum Vitas, cuius generis lucubrantiunculas Stentor ille fastidit, et traducit. Et his vtor ego, vt sinceris linguae nostrae tabulariis: verum adhibeo et illos grandiores. Vtrorumque consensio mire me oblectat, et confirmat. Pateat clarius, eoque magis rideatur, vel damnetur hominis temeritas, et impudentia, Priscorum Virum saltem potiorum commemoratione, per aetates suas, ex seculis duobus; quos ego tuto sequor genuinos certe Hungaros, et iste linguae corruptor de Slauismo accusat: Benedictum Komjáthium (illustrem iam anno 1533); Gabrielem Pestium (1536); Ioannem Erdősium (1541); Georgium Draskovitsium, Episcopum Quinqueecclesiensem (1561); Gasparum Heltaium (1571); Nicolaum Telegdium, Praepositum Strigoniensem (1578); Gasparum Károlyium (1589); Lucam Pétsium (1598); Valentinum Lépesium, Episcopum Nitriensem, et Au-

lae Regiae Cancellarium (1616); Ioannem Draskovitsium, Tauernicorum Regalium Magistrum (anno eodem); Georgium Káldium (1626); Petrum Pázmánum, Archiepiscopum Strigoniensem, et Regni Primatem (tempore eodem); Albertum Molnárum (1630).

§. II. SLAVISMI ARGVMENTVM SECVNDVM.

Fucum aliquem illeuit Versegius mendaci argumento suo, quod ad falleudos imperitos primum arripuit ex terminatione singularis personae primae in *m*, huic etiam formae indeterminatae secundae inde ab origine semper propria. Sed fucus iste iam detersus est, penitusque ablutus. Restat eiusdem formae singularis persona tertia, quae *ik* pronomine affixo formatur per tempora omnia excepto praeterito secundo, *i* vocali legibus euphonicis in *é* mutata in tribus temporibus: *lép-ik*, *lép-ék*, *lép-j-ék*, *lép-n-ék*, *lép-end-ik*; *ſzok-ik*, *ſzok-ék*, *ſzok-j-ék*, *ſzok-n-ék*, *ſzok-and-ik*. Destruit, euellit, eliminat Versegius et hanc personam omni, quo potest, conatu. Slauismum, notam abominabilem, quam isti formae affingit, ad hanc quòque personam extendit. Singulares personae tertiae, in reliquis temporibus excepto praeterito, sunt illi aeque Slauicae. Est enim a Slauo scriptus, vt ille asserit, Vetustus Sermo Funebris; in hoc recurrunt ista terminatione singulares personae tertiae.

A. RESPONSVM PRIMVM.

Nil moror dicta futilia, quae Versegius, aliique homunciones ignaui, in eruendis linguae arca-

nis cum ipso pariter rudes, ac coeci, imperite spargunt de Funebri hoc Sermone, linguae nostrae thesauro pretiosissimo, non solum propter antiquitatem, quam prae se fert remotissimam, verum ipsa etiam loquendi ratione spectata, genuina, et simplicem linguae indolem primaeuam vltro pandente. Alii certe, Viri Eruditi, meliore perspicacia, quorum iudicio confirmor, et merito glorior, rarum hoc monumentum intima conuictione habent pro genuino, vere Hungarico.

Rationes quidem, quas pro eo addnxi, ita sunt firmae, vt omnem tollant dubitationem. Est id Libro Missali Membranaceo diligentissime inscriptum, in fidelium vsum publicum, eorum certe dialecto communi, anno 1210, ea nempe aetate: qua viguit lex recenter lata, vt nihil in ecclesia legatur, nisi quod collaudatum fuerit in synodo. Qui exactiora volunt de hoc argumento, et sermone quidem patrio adducta: videant Insignem Auditorem meum, Ladislaum Hilarium, loco iam supra citato. Ego in Commentario meo Grammatico, quo hoc monumentum prolixius illustraui, linguae nostrae sese efformantis leges sinceras, ex ipso eius sinu sponte sua profluentes, reipsa proprias, non spurias, non effictas, non peregrinas, summa fide, ac religione, accurate euolui; factis obseruationibus diuturnis in linguae vsu etiam posteriore, et adhibita obseruatorum combinatione perpetua. Loquitur pro me huius studii ipsa conscientia mea, et omnium, qui recte vident, consentiens testimonium.

Pudeat

Pudeat Versegium deprauati animi affectu, quo coecutit ad veras etymologiae rationes, ita solum in contraria euntem: vt mihi, tam in his tertiis personis singularibus, quam in aliis formationibus, et deriuationibus, temerarie, et imperite affingat garritum sine lege nugatorium; literarumque, vt mihi incidit, vel collibuit, commutationem, et transpositionem liberrimam. Adest profecto in omni lingua, cumprimis in orientalibus, literarum permutatio, suppressio, assimilatio, concretio: omniumque mutationum, quae in linguis acciderunt, hic sita est caussa praecipua. Seruant vero istae literarum mutationes et leges suas claras, et apertas: quas organa locutória sensim tulerunt, quaeque per eadem quam accommodatissime explanantur. Sed facultas huiusmodi ingentem poscit experientiam explorati cursus totius, quem lingua sese efformans perpetuo tenuit; poscit excellentem mentis perspicaciam, et acre iudicium, rectumque ratiocinium. Qui his destituitur, et est praeterea animo iam corrupto: hoc solum, quod liuoris est, nouit agere; obloqui, illudere, et calumniari.

B. RESPONSVM SECVNDVM.

Verum concedamus vltro rem ita esse, vt ea Versegio placet. Slauus scripsit Funebrem hunc Sermonem. Sed hoc tamen iure quaerimus, transtuleritne iste de lingua sua in nostram ad singulares personas tertias hanc quoque distinctam terminationem iu *k*. Id quidem facere non potuit. Nam

apud Slauos, non modo in his personis tertiis, sed in aliis etiam prorsus nulla auditur terminatio in *k*. Debuit ergo aliud habere exemplum; eam enim sine hoc arripere non potuit. Vbi vero, et vnde eam arripuit? Procul dubio inter Hungaros, et ab ipsis Hungaris: quorum linguam didicit, vt eosdem docere potuerit. Hic eam audiuit, hic didicit: et quam probe didicit! Omnino secundum verborum analogias distinctas: quae iam tunc exstiterant lege tam stricta, qua sunt postea annis sexcentis religiose conseruatae, et qua hodieque conseruantur apud Hungaros genuinos.

Si Versegius ita docili mente esse potuisset, vt iste Slauus fuit, ad notandas analogias diuersas: non esset nunc ille *Hungarus* adeo *deprauatus*, neque obtruderet *Puris Hungaris* adeo violenter, et calumniose, *Impurum* suum *Hungarismum*. Sed debeo aliquid proferre ad hominem iam excusandum. Facilius tunc potuit Bonus ille Slauus verborum analogias diuersas, secundum legem vniuersalem aequaliter stabilitam, obseruare, et fideliter condiscere; quam nunc possit Versegius in ingenti confusione hodierna; in qua ille nec profunda philosophia sua, nec principiis philologicis tam raris, penetrare valet ad sinceram veritatem.

In Vetusto hoc Sermone Funebri ipsa omnino verba in *ik* desinentia, quae nos dicimus verba radice aucta, *eſzik*, *haragſzik*, secundum analogiam suam distinctam, et formam propriam, retinuerunt eandem terminationem *ik*, reuera prouo-

men, in reliquis etiam temporibus, non tantum in praesente: *eneik*, de quo natum est serius vocalium concretione *ennék*, vel iam tunc alternatim et sic fuerit in vsu, siquidem in duobus exemplis reliquis occurrit iam concretio, *evék*, *haraguvék*, de formatione prima *eveik*, *haraguvaik*. Similiter et alia verba radice nuda, *mond*, *enged*, *irgat*, *kegyed*, *ád*, secundum analogiam suam distinctam, et formam propriam sunt inflexa: *monda*, *engede*, *irgasson*, *kegyedjen*, *adjon*. Slauus iste Scriptor, homo linguae Hungaricae non probe gnarus, pro quali eum Versegius habet, quare non corrupit per inscitiam suam et ista verba, vt illa superiora: *mondék*, *engedék*, vel etiam *mondaik*, *engedeik*; deinde *irgassék*, *kegyedjék*, *adjek?*

Ista sane exacta distinctio, ad proprias analogias sedulo respectans attentio, ostendit Scriptorem vere Hungarum: quem antea per iocum et ipse Slauum esse concessi, sed Slauum tamen Hungarice probe doctum. Ad conciliandam fidem plenam est porro eo etiam firmius argumentum, verborum actiuorum fideliter obseruata analogia alia, et forma propria, verborum nempe determinatorum vsus exactissimus, ab omni errore prorsus immunis, quem tamen Slaui solent quam maxime corrumpere: *torkokat megſzakaſztja vala; boltsássa, oldja ő bünet; ſzabadítsa, vezesse ötet; imádjuk Urunk Isten kegyelmét; kinek testét temetjük.* Hungarus iste Scriptor secundum genuinum eius aeui Hungarismum proponit nobis et reliquas

inflexiones vere Hungaricas: quas non capit Versegius, tantus Philosophus, mea diligentia fideliter explanatas, ad ipsam euidentiam; sed capiunt alii, qui sine affectu iudicant, habentque Commentarium meum in pretio, quam ego optare potuerim, multo maiore.

Modo satis erat hanc solam veritatem strictim demonstrasse: etiam *ik* pronomen, veram voculam Hnngaricam, a veris Hungaris, non a Slauis, affixum fuisse verbis in hac forma vere Hungarica, distinctae, et clarae analogiae superstructa, ad singulares personas tertias aperte indicandas, in reliquis quoque temporibus, non in praesente dumtaxat, excepto praeterito secundo.

Manifestum est, vel his tantum obseruationibus, et responsis datis, multiplex Versegii vitium, facto vnico exertum: imprudens vociferatio, summa temeritas, et impudentia, peruersa repugnandi pertinacia, despectum, et odium concitandi animus malitiosus; cum is formae optimae, genuinae, auitae, reuera Hungaricae, vilem affingit Slauismum.

CAPVT II.

FVTILES RATIONES DVAS FORMAS, SVIS ANALOGIIS CLARE DISTINCTAS, IN VNAM COGENDI.

Iam discutiendae veniunt Versegii rationes aliae: quibus ille verba in *ik* terminata, verba, vt nos

distinguimus, radice aucta, sua priuat forma propria penitus reiecta, eaque cum verbis aliis tadice nuda in vnam cogit formam, primam nempe indeterminatam. Rectus quisque vir, et intelligens, non solum stupet, sed etiam merito indignatur: cum hominem istum, sublimi sua philosophia sese iactantem, videre debet humi tamen repentem, et futilibus inhiantem rationibus; vt his, grande aliquid ausurus, formam optimam funditus demoliatur. Duas hic ille captat rationes, vt sibi videntur, praecipuas: sed quarum alteram mox ostendam errore, et turpi inscitia, alteram vero putidis adeo mendaciis horrentem.

§. I. RATIO PRIMA.

Contendit Versegius verborum terminationem in *m* semper esse demonstratiuam, vulgo determinatam, imo ipsum etiam accusatiuum in ea contineri. Quare verba in *m* terminata sunt illi omnia actiua, vel si neutra sunt aliqua, talia sunt tamen, quae certis casibus actiuam habent significationem: alia neutra, et cumprimis passiua, quae non habent, neque habere possunt, actiuam significationem, terminationem in *m* nequeunt accipere, quia nequeunt vllum obiectum monstrare.

A. RESPONSVM PRIMVM LATIVS.

Seducit alios etiam haec opinio, et adeo quidem: vt verborum terminationem in *m* iam pro ipso habeant accusatiuo. Obstupui, cum Professorem Linguae Hungaricae Academicum, mecum

de hac terminatione disserentem, ita mihi respondentem audiui: *m, verborum terminatio, est accusatiuus.*

Si hoc admittimus, in verbis determinatis accusatiui erunt et reliquiae terminationes omnes, et reliquae scilicet personae: singulares quidem *d*, et *a*, *e*, *i*; deinde plurales etiam *uk*, *ük*, *átok*, *étek*, *itek*, *ák*, *ék*, *ik*. Nam et istae sic in se continent accusatiuum, vt *m* terminatio, illa vtique explanatione, quae paulo ante data est: *tsodálom*, *ditsérem*; *tsodálod*, *ditséred*; *tsodálja*, *ditséri*; *tsodáljuk*, *ditsérjük*; *tsodáljátok*, *ditséritek*; *tsodálják*, *ditsérik*. Nemo non videt easdem has terminationes, praesertim singulares, esse etiam in nominibus, cum ea possessiue exprimuntur: *kalapom*, *süvegem*; *kalapod*, *süveged*; *kalapja*, *süvege*. Eruntne, obsecro, et in his terminationes omnino eaedem pariter accusatiui? Absurda sunt haec dictu, absurda auditu. In lingua nostra vnica est accusatiui terminatio, *t* nempe, vel potius *et*, vocali congruenter mutata, *at*, *ot*, *öt*, vocula reuera significans, proprie *obiectum*. Deinde accusatiuum casum formans hoc affixum nominibus accedit, et participiis, nominum vtique valore sumtis, non autem verbis; verba, si actiua sunt, accipiunt casum accusatiuum sic formatum sibi tantum ad latus adiectum. Nomina possessiue expressa, *kalapom*, *süvegem*, *kalapod*, *süveged*, *kalapja*, *süvege*, in nominatiuo sunt: ad accusatiuum veniunt accepto accusatiui formatiuo, *kala-*

pom-at, *süvegem-et*, *kalapod-at*, *süveged-et*, *kalapjá-t*, *süvegé-t*.

Priores illae terminationes in his nominibus personas indicant, ad quas referuntur res ipsae iisdem nominibus notatae, rudi expressione primaeua: *petasus-ego*, *pileus-ego*; *petasus-tu*, *pileus-tu*; *petasus-ille*, *pileus-ille*. Perfecta similitudo vltro ostendit terminationes easdem, et alias, in verbis quoque nil aliud esse, nisi personas, ad quas referuntur actiones verbis iisdem expressae. Pronomina sunt reipsa earum personarum, quae verborum actionem ponunt, et non patiuntur: nominatiui sunt proinde, qui agunt; et non accusatiui, qui verborum actionem patiantur. Et formae quidem istae *tsodál-om*, *ditsér-em*, *tsodál-od*, *ditsér-ed*, *tsodál-ja*, *ditsér-i*, omni accusatiuo secluso, rudi expressione primaeua hunc habent valorem proprium, et nihil amplius: *miratio-ego*, *laudatio-ego*, *miratio-tu*, *luudatio-tu*, *miratio-ille*, *laudatio-ille*; quae vulgo sic nude efferimus, *miror*, *laudo*, *miraris*, *laudas*, *miratur*, *laudat*.

B. RESRONSVM SECVNDVM STRICTIVS.

His praemissis iam pressius vrgeo ipsum Versegium. Perperam asserit ille, *m* terminationem, et reliquas *d*, et *a*, *e*, *i*, deinde *uk*, *ük*, *átok*, *étek*, *itek*, *ák*, *ék*, *ik*, siue ipsam formam demonstratiuam, vulgo determinatam, quae his terminationibus gaudet, et distinguitur a forma indeterminata, continere in se accusatiuum, procul du-

bio in ipsis his terminationibus, et accusatiuum quidem demonstratum. Ego vero puto me et hic linguae nostrae arcanum purius videre, vti reipsa in se est.

Non continet in se haec forma demonstratiua casum accusatiuum: qui vtique pone est plerumque expresse positus; aut, si absit, pone esse intelligitur tacite, vt sermo sit breuior.

Deinde verba hac terminatione non propterea nominantur demonstratiua: quod ipsa monstrent accusatiuum; sed quod pone ea sit expresse positus, vel tacite intelligatur, accusatiuus demonstratus. In hos ipso casu, vel cum hoc casu est id, quod demonstrat, ipsum nempe pronomen demonstratiuum, *ez*, *az*, *ő*, deinde *amaz*, *imez*, etiam *azon*, *ezen*; nominibus praemissum, *hallom a' harangot*, *ama' réſzt veſzem magamnak*; solum positum, *azt hallom*, *ezt értem*, *ötet is látom*; in his vero exemplis, *jól tudom*, *mit akar*; *megírom*, *hogy eljövök*; *arra kérem*, *hogy hallgasson*; penes verba tacitum intelligitur pronomen demonstratiuum: *jól tudom azt*, *megírom azt*, *arra kérem ötet*. Pariter vim exerit demonstratiuam pronomen possessiuum: *ur-am-at várom*, *tiſztelem barát-od-at*. Similiter et nomina propria, quod a ceteris per se distincta sint: *megdorgálom Pétert*, *Pált pedig megditsérem*. Tantum est, quod ego doceo, pluribusque exemplis diligenter illustro, vbi de hoc loquor (*Antiquitatum Literaturae Hungaricae Vol. I.* §. 91.). Locum hunc Versegius mala

fide alio detorquet, ad propositionem suam extra terminos euagantem, quasi idem et ego cum ipso sentirem. Dissentio certe. Nam ista quidem diuersa sunt: *continet in se*, verba ipsius, a me nuspiam dicta; et mea deinde verba, *tacite subintelligitur pone esse*; vt vero illic sunt dicta, *occulte positum esse intelligitur, occultum est, subintelligitur.*

Iam dixi, idem et nunc repeto: terminationes supra adductas in verbis tantum personas indicare, et nihil amplius. Quod vero eaedem cum accusatiuo demonstrato ament construi: lex est ista nostrae tantum linguae peculiaris; nulli orientali, quod ego sciam, communis. Vt adeo mirari; et ridere debeam Versegium: qui hanc verborum notam characteristicam audet dicere orientalem. Egregium sane praebet specimen, quam probe didicerit linguas orientales! Quod nuspiam est in ipsis, hoc fingit adesse coram imperitis: quod autem adest reipsa, et obuius quisque Grammaticus Hebraeus explanat quam clarissime; id ille non videt, nec agnoscit ad linguae orientalis indolem pertinere, et perfricta pertinacia, sparsisque calumniis, in eo aliis aduersatur. Reipsa pronomen est, vocula proinde significans: quidquid verbis affixum horum personas indicat. Hoc, opinor, omnibus aliis, praeter Versegium, ad euidentiam ostendi in Originibus Pronominum.

Est in lingua nostra praeter haec et aliud quiddam orientale, idque Hebraicum, sed apud nos in

vnica tantum persona; subiectum nempe, et obiectum, verbo concretum; verbum scilicet, accusatiuus postea personae secundae, ac demum nominatiuus personae primae, in vnam vocem contracta, *ſzeret-l-ek*, *ſzereté-l-ek*, *ſzerett-el-ek*, *ſzeress-el-ek*, *ſzeretné-l-ek*, *ſzeretend-el-ek*. Egi de hoc, quam potui clarissime, locis suis (pag. 326. deinde 626, 971, et seqq.). Sed huius ratio tota alia est: forma etiam diuersa, indeterminata nempe in *ek* desinens, non vero determinata. Illudat Versegius more suo et huius explanationi: ego tamen intelligentibus loquor fundate, adductis probationibus copiosis, non contentus nuda assertione, et illa praesertim, temerarie, et imperite efficta.

Verum alia instant, vt ista iam sufficiant. Praetermissis terminationibus aliis hic ego solum sumo terminationem in *m*. Cum haec tantum personam indicet: quid impedit, quin eadem, sicut in verbis determinatis, ita in aliis etiam distinctae analogiae verbis formet pariter personam dumtaxat? Hoc quidem sic iam venit in vsum linguae nostrae in praeterito secundo: *házat vettem*, plane, seu indeterminate dictum: deinde *a' házat megvettem* iam demonstrate, seu determinate prolatum. Sic vsus inualuit extensione multo maiore, per omnia tempora, in verbis *ik* pronomine auctis: *gondolkodom*, *gondolkodám*, *gondolkodtam*, *gondolkodjam*, *gondolkodnám*, *gondolkodandom* ezen dologról; *megmenekedem*, *megmenekedem*, *megmenekedtem*, *megmenekedjem*, *megmenekedném*, *megmenekedendem* a' nagy gonoſztól.

Altas radices egit in Versegii cerebro falsa opinio iam supra satis indicata; verba in *m* desinentia non posse alia esse, nisi demonstratiua, seu determinata. Propterea destruit ille omnia verba reliqua in *m* terminata, si nequeant demonstratiua esse; eaque detorquet ad analogiam primae formae indeterminatae. Tantus iste Philologus memorat perpetuo analogiam: et tam parum nouit analogiae separationem in species plures, strictius, et perfectius analogas. Inops lingua nostra, vnamne tantum, vel duas potuit seligere analogias, seque ita arctis terminis constringi passa est, praesertim in verbis? In numero tam ingenti verborum *ik* pronomine auctorum an non iustam, et sufficientem, habuit caussam: cur tertiam hanc speciem, ad distinctam, et propriam reducat analogiam? Habuit sane, eamque arripuit, et pro distincta hac specie formam constituit propriam, eamque simplicissimam. Exstitit in lingua nostra, per plura iam secula, secunda ista, vt ego meliore loco ponendam puto, non vero tertia, forma distincta, in verbis etiam actiuis, propter radicem auctam huc relatis, constructione nimirum determinata. Exstitit perpetuo, constanter, et vniuersaliter. Superest ea in hunc vsque diem ex vsu non interrupto: in Transiluania quidem sine omni fere laesione, priscae, et auitae puritatis tenacitate multo fideliore; in Hungaria vero iam vitiata, in eo tamen statu; vt inflictis vulneribus plus habeat integritatis, et vi adhuc sufficiente pol-

leat, qua possit iniquis oppressoribus suis resistere.

§. II. RATIO SECVNDA.

Est porro Versegio rectam hanc formam impetendi ratio praecipua hodiernus vsus, vt ipsi videtur, melior. Hunc ille apud Tibiscanos reperit. Szolnokini, quod illi natale est solum, et in toto tractu vicino, non auditur verbum *ditsértessék*, verum ista regnat ibi inflexio, *ditsértessen a' Jézsus* (pag, 104.). Comitatus insinuat integros (pag. 103.), in quibus incolae nil sciunt de hac tertia, vt ille vocat, forma. Non nominat quidem Comitatus, sed procul dubio Tibiscanos intelligit, eorumque limites extendit vsque ad fines Debretzinenses, vt loco alio satis clare indicat. Memorat vsum variantem (pag. 104.). Dicunt in nonnullis Hungariae partibus secundum formam tertiam: *tessék* leülni, ne' *aggódjék* kend ezen, *igyék* kend egy pohár bort, etc. Sed locis aliis etiam sic dicuntur: *tessen*, *aggódjon*, *igyon*. Audiuntur in nonnullis tractibus, praesertim quos et Slaui incolunt, dictiones huiusmodi: sokat *eſzem*, sokat *iſzom*, sokat *alſzom*, sokat *gondolkodom*, senkivel sem *barátkozom*, etc. Sed in aliis tractibus multo pluribus horum loco auditur forma plana: *eſzek*, *iſzok*, *alſzok*, *gondolkodok*, *barátkozok*. Praeter ista vult et hoc obseruari ab auditoribus suis, et limite quidem arctato: illic dumtaxat, vbi verborum *ik* pronomine auctorum persona tertia in imperatiuo per *ék* effertur, et reliqua verba re-

gularia cum vitioso hoc affixo vsurpari solere: *vigyázzék* kend, hogy a' kerék a' fába ne *akadjék*: *adjék* kend egy kis kenyeret.

A. REPREHENSIO PRIMA.

Huius ego asserti partem assumo priorem, separatim, et quam breuissime notandam. Etiamsi vltro largiar Versegio, omnino ad nutum ipsius, Szolnokini, et in toto tractu vicino, in nonnullis praeterea Comitatibus Tibiscanis, constantem, et vniuersalem esse hunc loquendi vsum: potestne tamen recte admitti, eundem esse optimum, ac propterea et reliquis necessario adoptandum? Haec regio est tantum *prouincia*; et vsus eius est distinctus dumtaxat *prouincialismus*; cui in lingua nostra communi non potest tantus tribui dominatus; vt legem imponat toti nationi Hungaricae. In hunc censum veniunt etiam Transiluani, nam et isti Hungari sunt. Et hi quidem soli longe superant tractum illum Tibiscanum, in quo regnat *Puritas Versegiana*, ipsa scilicet miserae, et sub enormi tyrannide gementis, linguae Hungaricae *Deflorata Impuritas*.

B. REPREHENSIO SECVNDA.

Sed iam propius accedo ad examinandam ipsam veritatem, tam prioris, quam posterioris asserti. Versegii morbus, superba pertinacia, plura generat vitia: de his est mendacium frequens in nefasto eius calamo. Commisit ille et hic turpe istud vitium: vt contra propriam experientiam, et ipsam adeo conscientiam suam, falsa protulerit asserta.

Vltro enim patet nullo pacto fieri potuisse: vt ipse etiam rem totam non sic obseruauerit, vt est ipsa in se, vtque eam et alii obseruarunt. Cur non loquitur verum? Tibiscanus sum et ego, tractu quidem inferiore natus, et altus, sed bonam aetatis partem exegi tractu medio: saepe transii per Szolnokinum, perlustraui partes vicinas, et complures Comitatus Tibiscanos. Intercessit mihi cum Viris harum partium frequens commercium, penitior familiaritas. Ex ex quo ista feruet controuersia, vltro mihi literas scripserunt amici complures, veri vsus testes recentes. Nonnulli, negotiorum caussa Pestinum vecti, inuiseruut me saepius, facta rei, de qua disceptatur, noua narratione fidelissima. Tanto iam certius perspectam habeo caussae totius veritatem. Probe scio, partim peregrinatione, partim etiam habitatione longiore; quis potissimum vsus dominetur in reliquis Hungariae tractibus. Certa hac cognitione bene praeparatus, et opportunis adiutus testibus, ipsis omnino partium, quae memorantur, incolis prouocatis, tanto fidentius redarguo hominem toti Publico temerarie illudentem.

1. Szolnokini, in huius tractu vicino, proximisque Comitatibus Tibiscanis, promiscue loquuntur. Auditur illic verbum *ditsértessen;* sed frequentius tamen, et in locis nonnullis vnice viget, forma melior, *ditsértessék*. Pia consuetudo auita perennat in hoc quam maxime verbo sacro. Auditur, et quidem multo cumulatius, prima persona *m* litera terminata in verbis radice aucta: sokat *eszem*,

iſzom, alſzom, gondolkodom, barátkozom; rarior est forma deprauata, *eſzek, iſzok, alſzok, gondolkodok, barátkozok.* Possum nuncios Szolnokino missos indicare. Ex horum narratione fideli, et iusta querela, ipsum certe Szolnokinum, hominis solum natale, Mater proinde, damnat degenerem hunc filium; qui corrupta animi propensione, neglecto vsu recto, tantum in vitia inclinabat, solis sordibus in plebe tam sedulo collectis.

2. Nullus est in toto Regno Comitatus Hungaricus: in quo non audiatur tertia haec forma, etiamsi promiscue tantum. De hac ergo sciunt vbique populares nostri, non quidem grammatica distinctione clara, verum vsu recto. Ea est conditione tam plana, seu indeterminata prima, quam etiam determinata forma: hanc multa hominum millia non norunt nomine grammatico distinguere, vsu tamen exacte distinguunt. Hic vero ingens effutiuit mendacium infelix Versegius: cui statim omnium voce vndique reclamatum est. Vbicunque Hungari incolunt, numero quamlibet exili; vbique audiuntur hae locutiones quotidianae, e communi vsu antiquissimo: *ehetném, ihatnám;* deinde et hae, *kenyeret eſzem, vizet iſzom; ehetnék, ihatnék a' jámbor.* Similiter audiuntur et reliqua huius generis verba. Diligens quidem obseruator, totius regni vsum expendens, et alium cum alio conferens, generatim maiore numero reperiet rectum in eo huiusmodi verborum vsum, cumprimis in personis primis temporis praesentis; in reliquis tempo-

ribus eueniunt potius aberrationes, illic etiam pronius in personis tertiis.

3. Falsum est et hoc assertum, ibi cumprimis audiri haec verba, *eszem*, *iszom*, *alszom*, *gondolkodom*, *barátkozam*, vbi et Slaui incolunt intermixti.

a. In Insula Cituorum vix vlli incolunt Slaui, vel certe ita rari, vt nulli sint in Hungarorum frequentia. Et hic omnino, in praesente potissimum tempore, prima persona sic sonat constanter: *eszem*, *iszom*, *alszom*, *gondolkodom*, *barátkozom*. Si aliter proferatur, offendit illico. Licet in reliquis temporibus iam promiscue audiatur, tam ipsa persona prima, quam etiam tertia, et iste quidem crebrius.

b. Trans Danubium, in illis quam maxime Comitatibus, qui lacum Balatonem ambiunt, vix vllus reperitur Slauus, vel sedulo exquisitus. Vtuntur vero et hic ipsi genuini Hungari primis huiusmodi verborum personis in *m* terminatis: et corruptis illis verbis *eszek*, *iszok*, *alszok*, *gondolkodok*, *barátkozok*, totidem quasi monstris forte auditis, toti cohorrescunt, in vicis quidem purioribus. Nonnullis tamen locis, in reliquis potissimum temporibus, non vero in praesente, promiscue audiuntur tertiae cumprimis personae, sicut in Cituorum Insula.

c. Paucissimi sunt Slaui, vt vulgo putatur, in Tibiscanis tractibus planis, a Tibisco vsque Debretzinum, in Comitatu Szaboltsiensi, et Bihariensi. Sunt

si. Sunt tamen hic quoque nimium in vsu huiusmodi verborum primae personae in *m* terminatae. Exploratum hoc habeo multa mea experientia; sed prouocare possum praeterea ad ipsos libros, nostro hoc tempore scriptos, et in lucem prolatos.

1) Debretzinensis Grammatica Hungarica, vsum secuta cumprimis Tibiscanum, in forma passiuorum, et neutrorum huc pertinentium, primam personam singularem, per tempora omnia modi cuiusque, constanter exprimit cum terminatione in *m* (pag. 115.): *tsalódom*, *verődöm*, *záratom*, *veretem*, etc. In personis tertiis attendit ad vsum promiscuum, sed in imperatiuo tantum, et in optatiuo: *tsalódjon*, *tsalódjék*; *tsalódna*, *tsalódnék*; *verődjön*, *verődjék*; *verődne*, *verődnék*.

2) Alexander Besenyeius, inter Debretzinum et Varadinum, in decursu amnis Berettyő, concinnauit *Paradisum Recuperatum*. Hoc in opere adhibet ille huiusmodi personas primas cum terminatione in *m*: *munkálódnám*, azon *gondolkozom* (pag. 264.). Verum profert easdem alia etiam terminatione in *k*: *igyekezék* tehozzád (pag. 270.); *megjelenjek* (264); cuius verbi personam tertiam recte exprimit et ille *ik* pronomine auctam, *megjelenik* (pag. 252.). Promiscue sumit et tertias personas: *emeltessék* (pag. 246.); a' Sátán az Új Bajnokkal *megmérkezék* (pag. 256.); alkalmatosság *ſzolgáltasson* (pag. 254.); bánátja *öregbedjen* (pag. 272.).

d, Sequuntur tertiae personae singulares in imperatiuo, formatae de verbis radice nuda adiecta *ék* terminatione; de quibus idem et nos dicimus, eas quidem deprauatas, et enormes esse; siquidem alieno sunt, et sibi non congruente, formatiuo expressae; *járjék* kend ide, *menjék* oda; *vegyék* egy kanállal belőle, *hallgassék* a' fzóra, etc. Verum et istae vbinam audiuntur frequentius? Nam audiuntur et alibi, sed rarius tamen. Ibi certe, vbi eas Versegius non indicat, nec audiri vellet; et vbi ab ipsis adeo verbis radice aucta, si posset, penitus rescinderet proprium vtique horum formatiuum. Audiuntur sane a tractu Debretzinensi ad Tibiscum vsque, in ipsis partibus Tibiscanis, et inde Pestinum vsque. Audiunrur, non solum a communi plebe inculta, sed ab ipsis etiam nominatioribus viris doctis. Quibus auditis saepissime et ipse obstupui, eo etiam magis: quod ii, quos ita loquentes audiui, de tractu fuerant Debretzinensi. Fuerant alii omnino Szolnokienses, et de reliqua vicinia; quos in foro Pestinensi familiaria haec vitia ita continuo proferentes plus vice simplici auribus ipse meis excepi.

Iam obiectet nobis Versegius rectum vsum Szolnokiensem, et Tibiscanum. Probe nouimus, in quo is consistat reipsa: in mera confusione; bono, maloque commixto; incertitudine in delectu adhaerente, nisi vlterius liceat progredi consuetudine illic regnante. Et tamen huic omnia superstruit Versegius, tam temerarie, tam pertinaciter,

tam etiam calumniose in alios, qui ipsum sequi detrectant. Profecto in arena aedificat. Ruinam trahet male posita moles eo etiam celerius: quod et ipsum coagmentum, ex terminatione in *m* vbique formam determinatam fingens opinio, materia sit prorsus inepta.

C. REPREHENSIO TERTIA.

Perturbatae, et confusae sunt verborum formae. Tales sunt factae personarum formatiuis, omnino Hungaricis, et non Slauicis, perperam commixtis, et confusis, inter nos, et per nos potissimum, et non adeo, vt vulgo putatur, per gentes exteras nobis intermixtas.

Qui se impendit rei rite inuestigandae, si Philologus est recta philosophia imbutus, et nouit, vt par est, linguarum vicissitudines, facile obseruat huius confusionis caussas genuinas: corrupit nempe ipsa natio, et obliuioni tradidit, leges proprias, ignoranter per incogitantiam.

Sed potest idem vlterius quoque progredi. Nam, si videat variantes in iisdem personis terminationes, vltro ad eam veniet cogitationem: linguam olim nostram in verbis plures analogias secutam fuisse; et has quidem discrimen habuisse ab ipsis affixis verborum personas formantibus. Propius accedet porro ad certum quoque analogiarum numerum, vel sola consuetudine Hungarica diligentius peruestigata. In Patria latissime patente habet haec consuetudo in locis plurimis cursum sibi magis consentientem, et stabiliorem. Et si

consuetudini potiori, apud nos repertae, adiiciatur Transiluanica, perfecte sibi congruens, eaque vniuersalis: penetrabit ad definitum analogiarum numerum. Reperiet tres omnino analogias clare distinctas, et secundum has tres quoque formas proprias. In his demum erit confirmatior, pleneque conquiescet: si regrediatur ad altissimum, quoad fieri potest, linguae vsum; hunc enim cum nostro per plura secula consentientem, stabilem, et vniuersalem comperiet.

Non potuit Versegius hanc peruestigandi rationem adhibere. Adhaesit in confusione hodierna, eaque partium tantum aliquarum, et mentem secutus suam, non linguae statum extensum, analogias duabus plures non nouit distinguere. Luctatur, vt iam supra exposui, cum persuasione erronea, cerebro suo alte infixa; vtque turbidum hoc inuentum suum, linguae puritati perquam noxium, constabiliat; reiecto omni subsidio meliore, vere philologico, tuetur id sola dumtaxat pertinacia superba, et temeraria. Non tantum vsum non audit hodiernum, vel in Hungaria potiorum consensione commendatum, per Transiluaniam vero in omnium ore vnice regnantem: sed ipsam etiam Venerandam Antiquitatem, a seculis compluribus repetitam, et sibi perpetuo consentientem, totam reiicit, erroribus eius integritati, imperite, et malitiose affictis.

Lingua Hungarica non est modo nata. Annos prope mille durat illa vel in hoc regno beato. Est

illa a Diuis Maioribus nostris tradita posteris, et ad nos vsque propagata, cum omnibus proprietatibus suis, pulchris sane, et admirandis, legibusque clare defixis: quibus eam ipsi exornarunt, ipsi sustentarunt, et ipsi conseruarunt in seram hanc aetatem. Linguam totam cum omni apparatu certe ab ipsis accepimus: eamque nos tantum fideliter ediscere debemus, cum debita ipsis veneratione, et attentione obsequiosa; vt, quos passus in lingua facimus, ne hos contra eius indolem, et leges, faciamus. Linguae status est vtique *factum verum;* hoc autem sic est omnino proponendum, vt est in se; non vero, quale id quispiam esse fingit, turbata, et parturiente imaginatione sua.

Euolutionibus etymologicis, de quo, qua ratione, et cur talis facta sit vocis cuiuspiam forma, in quali ea demum constabilita est, ipsa lingua vltro suppeditat caussas et sufficientes, et claras, e simplici, euolutionis, et progressionis suae cursu. Qui ad has non penetrat, et asserto suo secum pugnanti pertinaciter inhaerens illudit rite explananti: in coeco errore versatur exili mente sua, quantumcunque sublimen hanc iactet, nimia, et superba arrectus fiducia.

Reipsa tres sunt in lingua nostra inflectendorum verborum formae distinctae: tres sunt, vt vulgo dicuntur, coniugationes, cum discriminibus suis exacte datae, et iam satis superque probatae in disceptatione mea superiore. In his est forma nostra, indeterminata secunda radice aucta, vulgo

passiua. Viget ea hodieque in lingua nostra, viguit perpetuo, vniuersaliter, constanter.

Memoraui iam alibi (pag. 926. et seqq.) Grammaticorum fidem in ea proponenda. E recentioribus excellunt hoc conatu soli fere Transiluani: Antonius Böjtius, Stephanus Szentpálius, et Hungarica Societas Transiluana (annis continuis 1794 — 5 — 6.). Triste est memoratu, sane propudiosum etiam, in Hungaria recentiores Grammaticos, hac quidem parte singulos hallucinari, sed alios magis tamen, minus alios. Cogimur vel vno seculo regredi (ad annum 1682.): vt Paulum Pereſzlényium producamus hoc vitio immunem. Immnnis erat Albertus Molnárus in Grammatica sua notabili interuallo citius edita (anno 1610.). Formam passiuam perfecte expressit cum omni discrimine proprio Ioannes Siluester, itidem in Grammatica, a nostra aetate duobus seculis, et medio altius, in lucem prolata (anno 1539.): quam e latebris ereptam vindicat ab interitu, editione post tot annos nunc primum repetita, Franciscus Kazintzius, cetera etiam Insignis, et Elegans nostri aeui Scriptor, verum et hoc nomine de Literatura Patria Ciuis immortaliter meritus.

Praetermissa Grammatica Siluestriana, quae tamdiu retrusa iacuit, quid est, quod Versegius saltem de reliquis, qui notiores erant, et reperibiles, vsque adeo nil sciuerit? Si per superbiam non potuit ex his discere; quia antiquae sunt, et Slauicae, etiam Transiluanicae scatent Slauismo: sal-

tem immunis fuisset seruatus harum notitia, ab insolente, et imperito dicto suo. Illudit mihi in Grammatica sua Germanice conscripta: nam patrem me vocat formae tertiae; der Vater der dritten Form. Ista quidem proles antiqua est: proles nempe consuetudinis perpetuae, vniuersalis, et constantis; per secula, quae literariis monumentis clare probantur, omnino sex; origine prima, quae nos fugit, procul dubio multo altiore. Ego certe, qui modo annum ago quinquagesimum septimum, non potui huius prolis tam grandaeuae pater esse: neque hoc me vnquam titulo iactaui. Imo vero ingenue, et semper cum honore, ac veneratione indicaui: qui mihi praecesserint recta hac via. Me huius formae defensorem, qui mihi titulus magis conuenit, tuto potuisset dicere: et neque me, vel meos, eo offendisset; neque ipse de inscitia tam crassa rideretur ab Orbe Erudito. Illud enim merito requirunt omnes a tali Viro, qui inter Grammaticos Summus esse desiderat: vt sciat saltem aliquid de Praecipuis, qui eum praecesserunt, Grammaticis (*).

(*) Albertum Schultensium Importuni Adversarii, et in his quam maxime Driessenius, pari affectu accusarunt de Linguae Hebraeae Hypothesi, ab ipso quidem quam felicissime restituta; quam isti tamen, *nouam*, et *suam* ipsi imperite exprobrarunt, inter obiectiones alias prave detortas. Responsum Viri Clarissimi, in casu simili, et ego pro me, cum apte, tum iure etiam repeto (Ad Origines Hebraeas Libro I. pag. 302. et seq.).

Ita sane, Grammatici meliores, in dandis verborum formis, hanc, perpetuae, vniuersalis, et constantis consuetudinis prolem spectarunt. Eandem spectarunt et reliqui, imi, medii, et summi Scriptores, quotquot erant ante obortam confusionem; quando nulla adhuc scripta exstitit Grammatica, et posteaquam exstitit, istis quidem non fuit necessaria: erat enim lex eadem animis eorum alte insita, quam omnes consensione communi obseruarunt in cunctis scriptis suis. Admirationem mouet, summa, et fidelissima eorum attentio, et promtissima distinguendi facultas: vt, cum diuer-

Cur haec *Hypothesis* dicatur vel *mea*, vel *noua*, plane non exputo: nisi quod multi *Historiam Rei Literariae* non satis promptam habere videantur. Non *noua* vtique est, sed *vetus*, sed vere *antiqua*, et *regia via.* — Minus adhuc *mea* dicenda, quam tot Summi Viri — et calcarunt ipsi, egregio cum successu, et posteris calcandam commendarunt. Non arrogo mihi *inuentionis* honorem, contentus gloria sequendi, atque ad partem *palmae* in medio positae adspirandi. Si quis tamen *meam* appellare velit, quia eandem e longo nimis somno excitare, atque ad maiorem vigorem, et fructum, *renouare* conor, non equidem tali me dignor honore; sed nec inuidiolam, quae inde a quibusdam non generosissimi animi, studiiue, hominibus in me captari videtur, magnopere refugiam, multo minus reformidabo; certissimus enim sum, si modo *Historia Linguae* — sub oculis, et conspectu ponatur, omnes veritatis amantes mihi accessuros.

sae verborum species in sermone recurrerunt continuae, earumque confusio ex hoc vtique pronior esse potuit; hi tamen neque tum aberrarint vnquam a proprio distinctae huius formae charactere. Non possumus totam hanc rem non ita imaginari, vt ipsa se clare exhibet vel ista dumtaxat obseruatione: vniuersam gentem nostram, communi consensione, sic vbique locutam fuisse; eamque, ex vsu constante, vltro distinxisse verba ista, ad propriam analogiam exacta, a verbis reliquis, pariter ad propriam analogiam relatis, et secundum formam propriam inflexis. Scriptores numerosi, ex huius gentis gremio in lucem egressi, procul dubio non poterant aliter loqui, calamumque suum aliter ducere. Et haec est distinctae istius formae confirmatio grauissima. Exempla, quae distinguendi religiosam hanc curam, et expeditam facultatem, fideliter probant, nimium clare sub adspectum cadunt: propterea et horum aiiqua promo separata de collectione loco suo (pag. 889. et seqq.), in disceptatione priore, satis copiose data.

1. IN PERSONIS PRIMIS.

Apud Károlyium. Az Istenben *bízom*, semmit sem *félek* (Psalm. LVI. 11.). Én *lefekszem*, *elaluszom*, és *felkelek*, mert az Úr oltalmaz engemet (Psalm. III. 5.). Mikoron tsak *gondolkodom* is ő róla, *félek* tőle (Iob. XXIII. 15.).

Apud Pázmánum. Némellyeknek közönséges dolgokról *szóllok*, némellyeknek jelekben édesdeden *megjelenem* (Thom. Kemp. Lib. III. Cap. XLIII.).

Te benned *ditsekedem*, és *örvendek* napestig (Ibid, Lib. II. Cap. XI.).

Apud Káldium. Ki ád nekem tollakat, mint a' galambnak, és *repülök*, és *megnyugszom* (Psalm. LIV., 7.). Mikor *megemlekezem*, *megijedek* (Iob. XXI. 6.).

In Codie MS. Translationis Biblicae. Mikor beszellene én velem, *megélemedém*, és *mondék* (Dan. X. 19.).

Apud Károlyium. *Gondolkodám* a' jónak követéséről, és semmiképen meg nem *szégyenülék* (Sirach. LI. 24.).

Apud Káldium. Nem *hallgaték* e? nem *nyugvám* e (Iob. III. 26.). Mikor szóllana velem, *megerősödém*, és *mondék* (Dan. X. 19.).

Apud Komjáthium. Ott *megvídámúljak*, *megnyugodjam* (H. viij.)

Apud Comitem Hallerum in Telemacho. Inkább *meghaljak*, hogy-sem tőle háladatlanúl *eltávozzam* (pag. 103.).

Apud Károlyium. *Elrepűlnék*, és *nyugodnám* (Psalm. LV. 6.). Meszsze *elmennék*, és a' pusztában *lakoznám* (Ibid.).

Apud Pázmánum. Hogy illy gonosz állapatban e' világból ki ne *múlnám*, kárhozatra ne *jutnék* (Libr. Prec. pag. 163.).

Apud Káldium. Most aluván *hallgatnék*, és az én álmomban *nyugodnám* (Iob. III. 13.(.

2. IN PERSONIS SECVNDIS.

Apud Telegdium. Házat *építesz*, de nem *lakol* benne (Part. II. pag. 761.).

Apud Lépesium. Semmit sem *félsz*, nem *törödöl*, magadban, nem *folyamol* az isteni segétséghez (De Inf. pag. 322.).

Apud Pázmánum. Mindjárt *elfogysz*, és *elsoványodol* magadban (Thom. Kemp. Lib. III. Cap. X.).

Apud Károlyium. *Tselekedjél* jót, *lakozzál* e' földön, és *élj* hitnek általa (Psalm. XXXVII. 8.). *Ragaszkodjál* az Úrhoz, és el ne *szaladj* (Sirach. II. 3.).

Apud Maros Vásárhelyium. Hogy ne *tévelyegj*, *gondolkodjál* Krisztus feleletéről (pag. 17.). Ne *tsodálkozzál* az okáért, meg se *rémülj* (pag. 81.). *Bánkodjál*, keservesen *sírj*, és *ohajts* (p. 259.).

Apud Telegdium. Tsak ő neki *szolgálj*, és az ő nevére *esküdjél* (Part. III. pag. 678.).

Apud Pázmánum. Írj, olvass, énekelj, *fohászkodjál*, hallgass, *imádkozzál* (Thom. Kemp. Lib. III. Cap. XLVII.).

Apud Molnárum. Ne *vesd* igen fel magadat, hogy le ne *essél*, és meg ne *szégyenülj* (De Summo Bono pag. 181.). Jó ötsém! *örvendezz* immár, és *légy* jó kedvvel, *egyél*, *igyál*, *tsúfolkodjál*, és *nevess* (Ibid. pag. 330.).

3. IN PERSONIS TERTIIS.

In Codice MS. Translationis Biblicae. *Elmene* a' király az ő házába, és *elalvék* vatsorátlan

(Dan. VI. 18.). *Imádkozék* Úrhoz, és *monda* (Ionae IV. 2.).

Apud Telegdium. A' míg *éle*, ingyen sem *éle*, hanem *vajuvék* (Part. III. pag. 551.). *Megmenekedék*, és *megszabadúla* a' veszedelemtől (Ibid. pag. 431.).

Apud Heltaium. Egy tisztes inas oda *futamék*, és egy kést *ragada* (pag. 268.). Szent István Szent Mártonnak is *esedezék*, és nagy fogadásokat *fogada* neki (pag. 120.).

Apud Károlyium. Mihelyen ő szót *ada*, ottan *megtsendeseddék* a' föld (Psalm. XLVI. 6.). Mind ezekben semmit sem *vétkezék* Job, és semmi bolondságot nem *szólla* (Iob. I. 22.).

Apud Lépesium. Dávid, mihént *meghala* fiatskája, ottan *megmosdék*, és a' böjtöléstől *megszünék* (De Inf. pag. 44.).

Apud Maros Vásárhelyium. *Eltsodálkozék*, és *monda* az őtet követőknek (pag. 99.).

Apud Pázmánum. Úgy *elfekélyeseddék*, hogy tetétől talpig semmi épség nem *marada* benne (Libr. Prec. pag. 155.).

Apud Káldium. Az Úr elharaguván *megeskövék*, és *monda* (Deuter. I. 35.).

Apud Telegdium. Hivataljában *eljárjon*, és úgy *forgódjék* (Part. III. pag. 707.). Nyelve egyebet *szólljon*, keze különbet *tselekedjék* (Ibid. pag. 548.).

Apud Károlyium. *Maradjon* házasság nélkül, vagy az ő férjével *békélljék* meg (I. Corinth. VIII. 11.).

Apud Lépesium. Maga házánál veſzteg *fekügyék*, fel ne *keljen* (De Inf. pag. 346.).

Apud Pázmánum. Egyedűl te hozzád *fordúljon*, és te-benned *nyugodjék* az én ſzívem (Thom. Kemp. Lib. III. Cap. XL.). Azért ne *háborodjék* a' *te* ſzíved, és ne *féljen* (Ibid. Cap. XXX.).

Apud Tinódium. Egyike ben *laknék*, Királyné Aſzſzonynak *ſzolgálna*, ott *forgódnék* (A. 4.)

Apud Károlyium. Várom vala, ha valaki én velem *bánkodnék*, és ha valaki *vigaſztalna* (Psalm. LXVIII. 16.).

Apud Lépesium. Vígan *lakoznék*, katzagna, *tréfálódnék* (De Inf. pag. 320.). Mindenik *félne*, mindenik *irtóznék* (Ibid. pag. 405.).

Apud Pázmánum. Mikor úgy *tetſzenék* az ő atyafiainak, mintha a' konyha *égne* (Libr. Prec. pag. 80.).

Apud Molnárum. Hogy neki *tetſzenék*, és kedves *volna* az épűlet (pag. 268.). Midőn Pompéjus Tzézárra *támadna*, és az orſzáglásért vele *tusakodnék* (pag. 70.).

CAPVT III.

OBIECTIONES VANAE, AC DEPRAVATAE, CONTRA FORMAM EVIDENTISSIMAM.

Saepe dico plura armorum genera in promtu habere Versegium: quibus alternatim vtitur, vt ea sibi opportuniora esse arbitratur. Hic quidem cum illusione, et mendacio, inchoat futiles obiectiones

suas contra rectam, et auitam formam, solidis probationibus iam euidentissimam. Ait enim (pag. 165.) me expilare libros antiquos, et omnes grammaticas, a Vetustissimo Sermone Funebri vsque ad Auctores seculi modo praeterlapsi: vt confirmare possim consuetudinem antiquam, et perpetuam. Tam multa esse videntur Versegio exempla ad probandum adducta: et exilem horum collectionem clamat expilationem esse; quasi nihil iam esset reliquum in libris antiquis! Sermonem Funebrem, cum sit breuissimus, et in eo tria solum occurrant huiusmodi exempla, vltro fateor, hac quidem parte totum expilatum esse. Sed ista expilatio non cadit in alios libros antiquos, perquam numerosos; de quibus ego tantum aliquos nomino, eosque praecipuos; quamplurimos vero breuitatis studio missos facio. Nam in his omnibus tot sunt adhuc exempla reliqua: vt exigua ista collectio vix efficiat residuae illius copiae innumerabilis particulam decies millesimam. Illa vero copia innumerabili, quae hac particula indicatur dumtaxat, firmamento reuera insolubili, comprobatur ad euidentiam recta consuetudo antiqua, et perpetua. Verum et hanc impugnat Versegius nouis quibusdam obiectionibus (pag. 165, et seqq.): quae quidem praue detortae, mendaces, et vanae sunt tantum captiones, moxque tales esse clare ostendentur.

§. I. OBIECTIO PRIMA.

Ante omnia potente sono pronunciat Versegius: antiquos, et hodiernos libros omnes, et ma-

nuscripta omnia, etiam collecta, non valere tanta auctoritate: vt toti nationi leges grammaticas possint praescribere. Huius rationes putat ille se dedisse satis claras, et perspicuas, in sua Percontatione Prima.

A. OBSERVATIO PRIMA.

At vero in hac Percontatione asserta illa, quae huc pertinent, vacillantia, praue detorta, et fallacia sunt. Ego hic de iis duo tantum assumo suo responso expedienda.

Est sane pulchra linguae comparatio cum vita humana: qua tribuitur et illi aetas primum puerilis, iuuenilis postea, status deinde virilis, et ipsa demum senectus. Sed in his mutationibus rite definiendis non recte videt Versegius. Gentis nostrae sensim degenerantis moesta diminutio; et cum hac linguae pariter imminens occasus; eiusque species a primigenia pulchritudine nimium deflexa, etiam deformata, absurdis vocum tam deriuationibus, quam inflexionibus; et per has nata vel in verbis tantum enormis formarum confusio, loco suo clare exposita; haec omnia, infelici fato ita concurrentia, si penitius perpendantur, ostendunt certe linguae senectutem viribus prope defectam, forsitan iam et luctam cum morte postremam. Aetas quidem virilis iam praeteriit. Qui cursum linguae nostrae spectat adhibita prudente peruestigatione vere philologica: felicem eius aetatem virilem comperiet durasse tribus prope seculis, ante Pázmánum,

sub eo, et post eum. Superior quoque aetas iuuenilis multo puriore viguit integritate.

Antiqui ergo libri, et manuscripta vetusta, quibus status iste genuine exhibetur, habent merito auctoritatem: siquidem singula haec monumenta in iis omnibus, quae constituunt linguae essentiam, et integritatem, in vocum scilicet inflexionibus, et deriuationibus, fideliter, et modo semper eodem ostendunt gentis totius consensionem, ostendunt rectam consuetudinem iisdem legibus constabilitam. De his non recte loquitur Versegius: totam enim antiquitatem nostram, quam superbe contemnit, sic, vt par est, nunquam peruestigauit. Nuda eius verba mouere possunt imperitos tantum. Docti contra iis auditis merito indignantur homini vano ob summam eius temeritatem: quod non erubescat de re non cognita, e sola opinione praeiudicata, adeo fidenter palam proloqui.

Orthographiae negotium leue est. Si obtineri posset et huius perfectio, ornaret ea linguam, et mire commendaret. Verum, si ea iam frustra optatur, propter nimiam dissidentium pertinaciam, non destruitur eius defectu linguae essentia interna. Nobis vero ad hanc quoque multa suppeditantur ex ipsis antiquitatibus rationes solidae: in quibus secernendis conatum nostrum ad certitudinem dirigere potest sana etymologia; et eum quidem, quod ad nos attinet, reipsa iam eo direxit feliciter; vt ab his abstrahi non possimus aliorum assertis non fundatis, vagis omnino, sibique repugnantibus.

Ad

Ad ea certe, quae constituunt linguae essentiam, et integritatem, vltro affulget vndique lux pura, quemque aperta claritate sua plene illustrans. Et linguam quidem nostram iam senio affectam, sed quae tamen e languore suo, virtuti, et integritati pristinae restitui, et ex turbido statu ad puritatem emergere ipsa contendit, si possumus adhuc, et serio volumus subleuare; illic sunt quaetenda, in ipsa nimirum antiquitate, curandae et integritatis, et puritatis, remedia certissima, loquendi leges indubitatae. Lingua quaeque, nisi alia obstent impedimenta, eiusque progressui faueat reipublicae gubernatio, potest iterum assurgere, et virili aetati suae restitui. De hac enim, quomodocunque loquantur Eruditi pulchra comparatione sua, secundum quam debui et ipse loqui, historiae quidem hoc solum testantur: eam mutabili esse statu, iam cadere, iam attolli solere, dum denique interuentu aliquo tota opprimatur. Nostra lingua nunc potissimum habuit casum grauem; sed qui tamen talis adhuc est, vt integrum videre possimus editum eius locum priorem, quo eminuit statu post sui euolutionem iam confirmato. Et si eam reuocare volumus, huc eam reponi oportet, meliore loco nuspiam constituram.

B. OBSERVATIO SECVNDA.

Sed redeo ad potentem Versegii assertionem. Is illic totam memorat nationem:. Si ita res vertit, vt tota natio, consensione communi, mutationem fecerit in lingua, eique adhaeserit vsu iam

stabili: antiqui tum libri, et manuscripta vetusta, exhibent historiam dumtaxat linguae; qualis fuerit aliquando, et quomodo ab antiqua differat hodierna. Sed in nostro hoc negotio vbi est tota natio? Szolnokinum, et regio Tibiscana, non est tota natio. Praeterea iam vel ista scissa est in se, variat in perturbatione: sed cuius pars potior in quotidiano sermone suo est tamen pronior in genuinam formam auitam. Propagata est latius etiam ista perturbatio, et confusio, vt satis iam indicaui: totam tamen nationem nondum intendauit noxia eluuione sua. Multo maior est pars pura vel in Hungaria tantum. Accedit ad hanc tota Transiluania. Isti ergo accuratiores, ad comprobandam rectam consuetudinem suam, communem, et constabilitam, a Diuis Maioribus acceptam, cur non possint proferre eorundem consuetudinem pariter communem, et constabilitam, de libris antiquis fide dignis, et de venerandis manuscriptis vetustis, eadem consuetudine refertis? In promtu, et palam est grammatica lex certa: necessario consequitur, et habet reipsa vim obligandi. In quo hodierni tam numerosi conueniunt cum antiquis secum ipsis perpetuo consentientibus: debent hoc et reliqui vltro acceptare, qui sunt in confusione. Et vero acceptant hoc illi, qui meliore sunt mente, seque in errore versari advertunt. Rident postea, dignas vtique risu, captiones praue detortas, inanes, et imbelles: quandoquidem res ipsa per se loquitur, quid sit in ea omnino rectum, et qua polleat vi ad conuictionem internam.

§. II. OBIECTIO SECVNDA.

Non est hoc Versegio datum, vt verum dicat. Non potest, vel non vult potius, verba mea, licet clara, et aperta, sic intelligere, vt ea sonant: verum sic illa arripit, sic deprauat, vt ipsi lubet. Et, dum ita iniquo progreditur tramite, putat se victorem rediisse: ingenti clamore dictum temeratium obiectat mihi vera loquenti. Ipse Révaius, ait ille, in Grammatica sua Elaboratiore (pag. 928, 953, et 954.), multa profert exempla ex Antiquis Grammaticis, aliisque Scriptoribus Hungaricis: in quibus verba in *k* terminata non sunt inflexa secundum formam ipsius. Quomodo audet ergo asserere, pro sua forma pugnare rectam consuetudinem perpetuam? Quomodo audet dicere, suam formam circa medium seculi prioris esse corruptam? Exempla adducta duplicis sunt generis: secundum ea respondeo duplici diuisione, vitiis, quae Versegium rapiunt, pariter expositis.

A. RESPONSVM PRIMVM.

Superant multa sane millia, verbo innumerabilia sunt exempla, in libris, et manuscriptis antiquis: quae per secula plura testantur in vsu fuisse stabili, et vniuersali, distinctam formam verborum radice aucta, vna cum reliquis formis duabus, pariter distinctis, altera verbosum radice nuda, altera determinata.

Ego, qui scio me fidelem, apertum, et veridicum esse debere in explendo munere meo, rem quamque, proinde et hanc verborum caussam, sic

promo sincere, vti eam clare ostendunt facta linguae. Hoc candore scripta est prima indicatio mea (pag. 953.). In nonnullis verbis consuetudo non erat rigida: admisit ea duplici radice sumenda, ac propterea ad formam quoque duplicem exigenda, relicto eorum vsu libero ad arbitrium. Talia sunt verba, quae sequuntur, radicibus nudis, *omol*, *oſzol*, *bomol*, *romol*, *hajol*; eadem radicibus auctis, *oml-ik*, *oſzl-ik*, *boml-ik*, *roml-ik*, *hajl-ik*. Qui haec cum radice nuda sumsit, ex. gr. *omol*, exegit eadem ad formam propriam verborum radice nuda, *oml-aſz*, *oml-ok*: alius vero, qui ea cum radice aucta adhibuit, inflexit eadem per formam propriam verborum radice aucta, *oml-ik*, *oml-ol*, *oml-om*.

Secundo enarro sincere (pag. 956) consuetudinis statum in quibusdam verbis aliquandiu non definitum. Ad analogiam verbi *leſzen*, verba nonnulla inflexit vsus, propter sibilantis literae *ſz* naturam, qua et halitum imitatur, et euanescit saepe, secuudum formam verborum radice nuda: *al-uſz-on*, *al-ſz-aſz*, *al-ſz-ok*; *fek-ſz-en*, *fek-ſz-eſz*, *fek-ſz-ek*; *e-ſz-en*, *é-ſz-eſz*, *e-ſz-ek*. Sed inflexit eadem secundum alteram quoque formam radice aucta: *al-ſz-ik*, *al-ſz-ol*, *al-ſz-om*; *fek-ſz-ik*, *fek-ſz-el*, *fek-ſz-em*; *e-ſz-ik*, *e-ſz-el*, *e-ſz-em*. Postremo autem, abdicata forma prima, ea constanter ad secundam exegit.

Haec aliqua tantum verba quo animo, qua conscientia, proclamat Versegius tam multa esse:

vt ego formae secundae vsum perpetuum, temerarie, ac perperam propugnare arguar; quia haec verba formae istius perpetuitatem iam interrumpunt? Cur non intelligit sermonem apertum? Poteranťne haec verba destruere formam verborum radice aucta, quando ea etiam per hanc inflexa sunt cum suis radicibus auctis? Et quando radicibus nudis per formam verborum radice nuda sunt inflexa, iam non pertinebant ad formam alteram. Verum sit ita, vt Versegio placet. Estne propterea iam interrupta forma verborum radice aucta: secundum quam constanter inflexa sunt verba alia ad multa millia? Et aliqua haec verba euagantia an non sunt potius pro exceptionibus habenda? Sicubi, certe in Grammatica habet locum tritum illud prouerbium: *nulla regula sine exceptione?*

Augere vult Versegius (pag. 105.), sed imperitè, huiusmodi verborum numerum: quae in tertia persona *ik* pronomine sunt aucta; et in prima habent tamen terminationem in *ok*. His adnumerat et illa, de quibus modo disserui. Adducit vero et alia, vtque eorum numerus videatur tanto maior esse, adscribit ea in forma etiam composita, quando abunde sufficit vel simplex eorum forma. Molnári Lexicon, Páriz Pápaii Dictionarium exhibet verba ista in prima persona cum terminatione in *ok: foly-ok, aſz-ok, máſz-ok, úſz-ok, tsúſz-ok, álmod-ok, álmodoz-ok, dagadoz-ok, fáradoz-ok, futhároz-ok*, etc. Et quae promitur ex his consequentia? Haec saltem ostendunt luculenter, in li-

bris seculi XVI. et XVII. ex quibus excerpta sunt haec verba, Lexico, et Dictionario illata, formam secundam iam non fuisse stabilem. Perperam loquitur Versegius: non legit libros antiquos. Ista quidem verba, et antea, et iis seculis erant radicibus nudis: eadem nunc quoque talia sunt apud eos certe, qui rectam consuetudinem fideliter sequuntur. In his stetit propria eorum forma: stabilis fuit et altera forma verborum radice aucta, nam adducta haec verba non pertinebant ad formam istam, eam proinde non poterant destruere. His, et pluribus aliis, recens consuetudo, per ignorantiam introducta, vitiose affixit *ik* pronomen: *foly-ik*, *afz-ik*, *máfz-ik*, *úfz-ik*, *tsúfz-ik*, sic et reliquis. Loquor ego de his, meumque assertum antiquitatis auctoritate satis confirmo loco eodem (pag. 954.): quo Versegius insidiose saltitabat, vt posset quidpiam contra me arripere, et praue detorquere. Et hunc ille locum sciens prudensque praeteriit: dedignatur enim quidpiam ex antiquitate discere. Consultum tamen esset profecto et ipsi antiquitatis cognitionem capere penitiorem vel propterea, si non adeo discendi gratia, ne illi falsa affingat, ob quod postea necessum habeat rubere.

B. RESPONSVM SECVNDVM.

Loquor iam de exemplis alteris. Sunt ista ex Grammaticis tantum, non vero ex aliis Scriptoribus, adducta. In Alberto Molnáro miror verbum *efzem* non per omnia conuenire cum verbo *ifzom*.

Sed mox adfero ipse excusationem sufficientem; hoc verbum duplici forma vsurpatum fuisse, et ipsum quoque Molnárum id quidem sic reipsa produxisse (pag. 136.), *e-fz-en*, et *e-fz-ik*. Indico postea Pauli Perefzlényii errorem: eum aliquot exempla, quatuor dumtaxat (pag. 124.), non recte exhibere, in persona tantum secunda temporis praesentis, *múl-fz*, *vál-fz*, *botl-afz*, *fényl-efz*; quae Auctores alii, communis consuetudinis conseruatores certe fideliores, sic omnes expresserunt, *múlol*, *vál-ol*, *botl-ol*, *fényl-el.* Georgius Tsipkés Comarominus, qui medius fuit inter hos (anno 1655), pro personis temporum reliquorum rite exponit huius formae affixa propria: vnice in subiunctiui futuro aberrat a recta consuetudine; quam tamen Auctores reliqui et hic fidelissime obseruant. Isti vero duo sunt tantum. Sed vltro largiar, potuisse iam tunc dari et his plures; quae tum erit consequentia? Recta sane consuetudo communis, siue vniuersalis, nondum est corrupta, manet in sua adhuc integritate. Quid enim habet recta ratio in reliquis etiam rebus pro vniuersali? Hoc certe, in quo multi, vel plures conueniunt. Habet hoc et in Grammatica suum pondus, et hoc ipsum Adelungus quoque apte huc transfert, cuius verba iam alibi dedi Latine (pag. 943): *Singularia horum vitia, quae habere debent, cum sint indiuidua singularia, facile possunt detegi comparatione plurium huiusmodi Scriptorum; neque labemur vnquam errore, si id, de quo est omnium, aut sal-*

tem potiorum consensio, pro vsu habeamus vniuersali, et optimo. Sed neque altera accusatione possum iure grauari. Ego enim horum aliquot tantum hominum antiquorum aberrationem singularem non potui sumere pro exordio corruptionis vniuersalis. Nam de hoc loquor, ita sane, de exordio corruptionis vniuersalis; idque merito ad illud refero tempus, quod expresse indico, ad medium fere seculi proxime elapsi: quando et Grammatici, et reliqui Scriptores, partem iam maiorem a recto aberrarunt; quod linguae studium accuratius, sincerae consuetudini intentum, passim negligerent.

§. III. OBIECTIO TERTIA.

Audiamus iam tertiam Versegii obiectionem, qua in re fundetur, et quam vera dicat. Révaius, ait ille, in omnibus articulis aliis recedit a libris antiquis, et hodiernam sequitur consuetudinem, quia lingua nostra iam mutata est: licet ergo et nobis abire a veterum librorum forma Slauica, vt primum formam regularem, meliorem, pulchriorem, et exactiorem compererimus. Hic postea remittit Versegius Lectores suos ad quasdam partes Percontationis Primae. Ad haec ego responsum duplex reddo ob duplex mendacium pessime contextum.

A. RESPONSVM PRIMVM.

Genuinam formam auitam frustra conatur Versegius inuisam reddere affıcto Slauismo tam saepe regesto: huius enim sinceritatem primaeuam iam satis superque probaui. Est vero et hoc falsum

omnino: quod porro obseruandum commendat Lectori suo in Percontatione Prima. Ego enim hanc formam rectam, pulchram, et exactam, non superstruo soli Sermoni Funebri; sed firmo consequentium plurium seculorum consuetudine vniuersaliter consentiente, stabili, et perpetua. Sermo Funebris ostendit huius formae antiquitatem. Suppeditat praeterea rationes solidas: quibus tertia persona genuine euoluitur, partiumque in ea concretarum recta datur separatio etymologica. Sed has non assequitur Versegius sublimi mente sua: et, ne tam procul nos extendamus, etymologiae occupationem angustioribus coarctat limitibus. Tantus vero Philologus, quantum iste se iactat, debet vel propterea etymologiae rationes latius extensas tenere: vt norit saltem affixa a radicibus rite separare, quam ille vnicam asserit etymologiae occupationem. Iam ostendit Adrianus Gladiator, Collegii Hungarici Socius Egregius, exemplis nonnullis seuere castigatis in sua Disceptatione; indicabo et ego iustis notationibus multo pluribus, pro re nata, et pro muneris ratione, cumprimis in Vocum Deriuationibus: quam foede confusam det Versegius vel istam affixorum separationem; quia non nouit, et nosse detrectat, quod tamen summe necessarium est, veram eorundem et originem, et significationem. Quot adhuc locis pudore afficietur superba pertinacia! Sed ista ego hic tantum cursim memoro, et iam concludo responsum primum. Tam est regularis, recta, pulchra, et exacta, secunda

quoque forma, quam prima; ac propterea, quemadmodum ab hac, ita ab illa etiam nemini licet recedere, in verborum eo pertinentium, et clare distinctorum, inflexione propria.

B. RESPONSVM SECVNDVM.

Falso et hoc mihi affingit Versegius: me, excepta hac forma, in omnibus articulis aliis recedere a libris antiquis, et tantum hodiernam sequi consuetudinem. Qui lucubrationes meas diligentius peruoluunt, ii quidem plura inueniunt. Sed hic de verbis agitur: quare ad institutionem de his pleniorem ostendam, me neque in formis reliquis hodiernos sequi, in singulis, vt ille ait, articulis aliis.

In forma determinata, praeteriti primi, et modi optatiui primas personas plurales ego certe, contra morem hodiernorum, degenerum profecto Hungarorum, et pronuncio, et scribo, sicque pronunciandas, et scribendas doceo, omnino secundum vsum antiquum; quem etiam analogiae legibus confirmo, et prudente obseruatione etymologica euoluo, et illustro, in Elaboratiore hoc Opere (pag. 664, deinde 759, et seqq.): *írók*, *kérök*; *irhatók*, *kérhetök*; *írnók*, *kérnök*; *irhatnók*, *kérhetnök*.

Deinde in forma indeterminata prima radice nuda, in secundis personis singularibus temporis praesentis, itidem contra morem hodiernum, contemto Versegii asserto infundato, de euphonia, vt anxie, ita imperite et hic inducenda, vnice veterum iusta auctoritate motus, post sibilantes literas

pronomina aeque sibilantia pono (pag. 624, et seqq.): magadnak vermet *ás-ſz; keres-ſz* minket; mit *futkos-ſz* olly igen; tenmagad *oros-ſz;* haragot *kintsez-ſz* magadnak; non autem, vt hodierni formant, sine vllo exemplo antiquo, *ás-ol, keres-el, futkos-ol, oroz-ol, kintsez-el.*

Demum neque de eo consentio cum hodiernis linguae corruptoribus, vel cum horum Principe, Turbido Versegio: qui, vsum deprauatum secuti, truncate, et absorpte pronunciant, et scribunt, aliquot haec verba, *leſz, teſz, veſz, viſz, hiſz;* eaque pro veris radicibus habent, valde imperite, et offusa menti superbae crassa coecitate, quominus linguae arcana in his perspicerent. Horum radices propriae sunt nudae istae voculae, *le, te, ve, vi, hi,* vel *hü:* nam de his fiunt verba potentialia, *le-het, te-het, ve-het, vi-het, hi-het;* de iisdem formantur etiam factitiua, *té-tet, vé tet, vi-tet, hit-et.* Ego sane haec verba, in tertia persona singulari, accedente sibilo, halituum naturam imitante, cum pronomine *ön*, vocali accommodata, profero, et scribo, sic et aliis proferenda, et scribenda suadeo (pag. 857.), cum fidelissima constantia, venerandae antiquitati iure debita, duci vtpote, et magistrae optimae, horum vsu sibi perpetuo consentienti, *le-ſz-en, te-ſz-en, ve-ſz-en, vi-ſz-en, hi-ſz-en.*

Sunt isti notabiles, vt ego reor, articuli: et mea in his conspicua ab hodiernis dissensio. Quid dicam Versegio? Bonum est hominem veri dicen-

di studio assuetum esse: non enim metuit, ne aliquando erubescat in mendacio sibi oggesto.

§. IV. OBIECTIO SINGVLARIS.

Versegius, vt ostenderet, stabilem, et perpetuam consuetudinem me incassum iactasse, his vsus est argumentis: quae hactenus retuli fideliter, statimque dissipaui labore facili, vt arma inania, et praue intorta. Transit ille ad secundum propugnationis meae firmamentum opinione sua praecipuum. Verum et hic more suo ludificatur tantum, deprauat recte asserta, et falsa garrit superbe, et imperite. Révaius, ait ille, linguam Hungaricam superstruit Latinae. Egregiam reperit viae ducem antiquam linguam occidentalem, qualis est Latina, ad Hungaricam orientalem, et hodiernam, philologice excolendam. Non datur in lingua Hungarica verbum deponens: quia nec in Germanica, Gallica, Italica, Anglica, datur. Ex huius collatione non est recta consequentia; falsa est illata enormitas. Philologiae principia ex ipso essent discenda. In promtu sunt ad haec etiam condigna responsa plura: vt confundatur insolescens pertinacia, et tanto clarius pateat Versegianae Corruptionis Enormitas.

A. RESPONSVM PRIMVN.

Eadem illa verba satis refellunt Versegium; quae ille contra me non recte ex me citat, vt cuique tanto facilius persuadeat, me linguae Hungaricae superstruere Latinam. Breuis mea deductio (pag. 931.), qua ostendo enormia sermonis nostri

vitia ex corruptione secundae formae indeterminatae, in ingressu habet verba mea ab aduersario arrepta: *ea vero* (enormia sermonis vitia) *clare patebunt aliqua similitudine ante oculos posita de lingua Latina, cuius adminiculo, et comparatione, nostram docemus.* In his non possunt aliae, nisi tses istae voces, captari: *adminiculum, comparatio, similitudo.* Et istas quo sensu accipiam, aperte indico iam in Praefatione (pag. 6.): *Latino vtor sermone, — communi adhuc scientiarum vehiculo;* indico Valchii sententia, ante Propositiones Tentamini subiectas: *Praecepta grammaticae — debent praecipue declarare, quomodo ea lingua, quam docent, cum illa, qua docent, conueniat, aut ab illa discedat.* Ipse sum verborum meorum interpres. Verum, me etiam tacente, clare loquuntur pro se ipsae voces adductae: nec *adminiculum*, nec *comparatio*, nec *similitudo* habet *superstruendi* significationem. Hoc valent, quod sonant. Annon idem et Versegius facit in sua Grammatica? Germanis linguae Germanicae adminiculo eam scribit: ex eadem lingua sumit etiam comparationes, similitudines, et illustrationes. Si ipse suo hoc facto linguam Hungaricam non superstruit Germanicae: cur alium de hoc vitio accusat, huiusmodi adminiculo, comparatione, et similitudine, ipso quidem multo et cautius, et aptius, et sincerius vtentem? Ego vero linguam Hungaricam adeo non superstruo Latinae: vt id, quod de ista in nostram irrepsit, praesertim in construendi ratio-

ne, impugnem potius, et prorsus eliminare contendam.

Hoc autem, et cetera omnia, facio certe ex principiis vere philologicis, quae si Orbis Eruditus vltro àgnoscat, et probet, vt reipsa agnoscit, et probat; nil moror ignominiam mihi adspersam ab homine prorsus non philologo. Versegius quidem, vt se ipse prodit erroribus suis perpetuis, quibus horrent paginae ferme singulae et Grammaticae, et Puri Hungarismi, nec definitionem nouit rectam philologiae, nec diuisionem, nec occupationem, nec subsidia, neque vlla omnino principia solida. Satis vapulat propterea vel ab ipsis Auditoribus Collegii Hungarici. Ingratum facessiuit et mihi negotium: quod errores ab eo sparsos in hoc Opere meo Elaboratiore iam ex munere vbique notare debeam seuerius ad arcendam linguae corruptionem. Hominem adeo deficere omni philologia documento sunt ipsae eius sententiae, quae hic recurrunt, ad minuendum meum conatum tanto strepitu prolatae. Philologiae occupatio in affixis finitur sola horum separatione a radicibus: qua coarctatione vel ista porro separatio ipsi quidem misere succedit. Antiquitas, seu linguae historia, nil confert ad philologiam: vt nempe lingua non a posteriore talis doceatur factis propriis, qualis reipsa est; sed argumentis a priore talis obtrudatur, qualis imaginatione fingitur, in confusione praesertim hodierna. Orientalium linguarum cognitio est philologiae nostrae subsidium: sed illustrationes ta-

men, quae inde recte sumi possunt, prorsus analogae, negantur, et reiiciuntur; ne affixis sua sit claritas, et tollatur formationum certitudo. Nugae sunt affixorum significationes explanatae: vt regnet absurditas nil significantium obscura compositione.

Sed redeo ad accusationem. Hanc ego iam ostendi falsam esse: praua scilicet detorsione inique arreptam. Verum notare adhuc debeo hoc factum eo foedius esse: quod vitium, mihi immerenti falso obiectum, ipsum accusatorem reuera premat. Nam ipse Versegius, qui linguam Hungaricam orientalem clamitat, et Latinam, quia occidentalis est, viae ducem in ea merito non agnoscit, quid tamen agit inscitia coecutiente! In modo subiunctiuo futuri temporis formatiuum *and, end,* ex Latino ait desumtum (pag. 15.), vt ceteri loquuntur Grammatici de grege communi. De futuro Latino, *am-and-us, leg-end-us,* est nostrum *olvas-and, szeret-end.* De quo statim et sententiam promit suam: quia hoc Latinum est, nos eo tuto carere posse. Duplex, et ingens est haec enormitas. Probe et ego noui linguae Hungaricae indolem orientalem: quam vt penitius exploratam haberem, meos in ea conatus memorare possum sine iactantia. Affixorum explanationes illustro luce potissimum ex oriente accepta; in his etiam *and, end,* affixum inde securius deduco. Tempus futurum, hoc formatiuo, orientali, ac propterea Hungarico natum, habeo pariter pro compositione vere Hungarica: doceo et vsum ipsius in lingua nostra cer-

tis legibus definitum (pag. 764, et seqq.). Orientalis est lingua Hungarica, idem et Versegius iactat: et tamen quo prolabitur Magnus iste Philologus vel huius voculae origine indicata! Eam ex antiqua lingua occidentali protrahit: de qua etsi construendi rationes aliquae in nostram irrepserint; at vocum certe formatio, vel inflexio, prorsus nulla est accepta. Totus hic apparatus domesticus est, et proprius. Formatiuum *and*, *end*, de quo Versegius vulgi more somniat, est vtique paulo obscurius, altioris vtpote indaginis, reductione maiore euoluendum: sed ille clariora etiam negat insolenter. Non videt in verbis, quod saepe iam dico, pronomina lege orientali personas formantia: ridet me, et calumniatur, quod ad ista face ex oriente accensa popularibus meis praeluceam. Verum et poenas dat meritas nimiae pertinaciae suae rubore frequenti. Nam propterea non potest peruidere rectae formae auitae sinceritatem: et enormi confusione primaeuam linguae puritatem foede contaminat.

B. RESPONSVM SECVNDVM.

Non datur in linguis Europaeis verbum *deponens*. In his vero nec passiuum datur verbum, vt in nostra, et in Latina datur, eo scilicet compendio: vt verborum significatio passiua, in vnam vocem constricta, praecise exprimatur: ex. gr. Latine *amor*, *aestimor*, Hungarice *ſzeret-tet-em*, *betsül-tet-em*. Passiua haec significatio in illis linguis effertur cum circumscriptione, voculis pluribus: ich

werde

werde geliebet, ich werde geschätzet; *je suis aimé, je suis estimé; io sono amato, io sono stimato.* In nostra lingua datur, vt modo dixi, singularis forma passiua: in qua verborum significatio passiua, vna tantum voce conprehensa, breuiter effertur. Reuera eadem est haec forma, quam saepe iam explanaui. Habet discrimina propria, in personis singularibus, temporis, et modi cuiusque: in prima terminantem literam *m*, in secunda *l*, in tertia *k*, excepto praeterito secundo.

Frustra obnititur Versegius, vniuersali, et perpetuae consuetudini: quae haec discrimina iam firmiter definiuit. Philologica illa principia, et ipsa adeo arcana philologiae genuinae (die Geheimnisse der ächten Philologie), quibus ille se iactat, nil opitulantur infausto conatui. Iam clare ostendi terminationem in *m*, siue, vt directe loquar, ipsum pronomen *ém*, vocali congruenter mutata, et saepe concreta, non adhiberi in forma tantum determinata, neque casum accusatiuum in eo contineri: verum adesse idem in forma etiam passiua, personam dumtaxat indicare, et nihil amplius. Etiam terminatio in *ik*, quod pariter pronomen est, quemadmodum adest in modi indicatiui tempore praesente, et in subiunctiui futuro; ita proprium sibi locum occupat in reliquis etiam temporibus, excepto praeterito secundo. Sed his locis eius forma est *ék*: quam mutationem explanaui in personarum formationibus, natam secundum leges euphoniae, assimilatione, ac demum concretione vocai

lium concurrentium pedetentim inualescente; vti eam mihi linguae sese euoluentis facta continua, diu variantem, postremo constabilitam, ob oculos posuerunt ad euidentiam. Coecutit ad ista Versegius? Haeret loco eodem, in quo primum offendit: hanc tertiae singularis personae terminationem in *ék*, *ſzületék*, *ſzülessék*, *ſzületnék*, nescit distinguere a simili terminatione primae singularis personae in praeterito primo modi indicatiui, et in modo optatiuo, *irék*, *írnék*; nescit distinguere a simili praeterea terminatione tertiae pluralis personae iterum in praeterito primo, etiam in secundo modi indicatiui, deinde in modo imperatiuo, et optatiuo, sed in forma determinata, et verbis tenuium tantum vocalium, *megkérék*, *megkérték*, *megkérjék*, *megkérnék az urat*. Similem terminationem imaginatur sibi etiam eandem esse vbique. Et, quia absurdum ipsi videtur, vt idem affixum, et primas, et tertias personas indicet, praesertim singulares; primas relinquit intactas, tertias vero omni conatu exstirpat. Sic ille agitur in transuersum contemto philologiae subsidio praecipuo, veneranda scilicet antiquitate, seu linguae historia. Similes hodie terminationes diuersis olim affixis natae sunt, diuersa quaeque significatione. Vt illam superiorem, sic et istas inferiores distinguunt linguae facta genuina, locis suis clare et ista a me exposita in personarum formationibus. Diuersorum successiua mutatio, vt demum similia facta sint sono tantum, non vero significatione, quae primae.

na manet hodieque, est breuiter data etiam in disceptatione mea superiore (pag. 950, et seq.). Diligenter in ea elaborauit compendio proponenda, contra Versegium, pro Parte Saniore, meus quoque Auditor, Adrianus Gladiator (pag. 126, et seq.). Firma stat veritas defensae formae nostrae, indeterminatae secundae radice aucta, vulgo passiuae.

Secundum hanc formam inflectuntur. praeter verba passiua, et reliqua verba radice aucta, tam actiua, quam neutra. Haec ego sententia mea nuspiam dico *deponentia:* mea horum denominatio sumitur a prima discriminis nota, et ab hac voco ea *verba radice aucta.* Quid de ipsis indicem in disceptatione priore (pag. 932.), eadem verba mea inde repetita aperte loquuntur: *Ea — Molnárus — deponentia, passiuorum terminationem habentia vocauit, Latinorum quadam similitudine.* Et ista quidem similitudo habet iustam omnino rationem: quin lingua nostra Latinae superstruatur, vera, et perfecta est similitudo. Habent enim Latini singularem formam passiuam; per oam inflectuntur et alia verba terminatione passiua, actiua nempe, et neutra, vulgo deponentia: pariter et nos singularem habemus formam passiuam; apud nos quoque per eam inflectuntur et alia verba terminatione passiua, id est, radice aucta, actiua scilicet, et neutra, cum affixo *ik* pronomine vsitata. Frustra sunt ergo prauae detorsiones in manifestam hanc similitudinem directae, inanes item illusiones, et calumniae.

C. RESPONSVM TERTIVM.

Ex aperta similitudine recta consequitur comparatio: ipsa etiam enormitas vera est, hac comparatione luculentius ostensa; quam secus etiam satis notat, et accusat, meritoque redarguit, vel ipsa consuetudo vniuersalis perpetua, hanc formam genuinam fortiter propugnans. Verus quisque Hungarus, qui fideliter attendit aures, et animum, ad hanc consuetudinem vniuersalem perpetum, offenditur vtique, et stupet sermonis inconcinnitate, nata ex corruptione rectae formae auitae: sed si idem et hanc comparationem audiat, clarissimam, et accommodatissimam; tum sane iam totus horrescit enormi impuritate, bruto conatu intrusa.

Quemadmodum in sermone Latino *grauis* est *error*, et *mera impuritas*, verborum *deponentium*, non per passiuam, sed per actiuam formam inflexio: ita apud nos quoque *enormitas* est, et linguae *puritatem contaminans foeditas*, verborum *radice aucta*, non ad formam propriam exacta, sed ad alienam detorta variatio.

Horror est, recte aio (pag. 932.), aliquem Latine doctum sic ferme loquentem audire: *preco*, „et *obtesto* te, mi domine! *dignes* admittere, vt „tuus ego comes te *sequam*: in coenula tua pau„cis ego *vescam*, sed tua tantum societate *de*„*lectabo.*" Eiusdem exempli eadem est apud nos enormitas, si ita corruptum efferatur: „*esedezek* „elötted, és igen *reménykedek*, én uram! *méltóz*„*tass* nekem megengedned, hogy téged követvén

„ veled *nyájaskodjak:* vatsorádnál én keveset *eſzek*, „ tsak egyedül társaságodban *gyönyörködök.*" Latini sermonis integritas poscit deponentia passiuorum more inflexa: „*precor*, et *obtestor* te, mi „ domine! *digneris* admittere, vt tuus ego comes „ te *sequar:* in coenula tua paucis ego *vescar*, „ sed tua tantum societate *delectabor.*" Ita exigit et linguae nostrae sincera puritas verba nostra radice aucta formae propriae legibus accommodata: „ *esedezem* elöttted, és igen *reménykedem*, én uram! „ *méltóztassál* nekem megengedned, hogy téged „ követvén veled *nyájaskodjam:* vatsorádnál én „ keveset *eſzem*, tsak egyedül társaságodban *gyö-* „ *nyörködöm.*"

Promo et alterum huiusmodi exemplum ex Opere meo nondum edito de *Stilo Cultiore Hungarico.* Hic ego in Stilo etiam Forensi merito requiro sermonis puritatem. Laedit hanc inter alia istius quam maxime formae rectae violatio. Quare et hic simili comparatione exaggero eiusdem corruptionis horriditatem. In hoc exemplo sumuntur verba primum in personis tertiis, deinde in primis etiam; in quibus erant prioris exempli verba pleraque. „ Ne *indignet* tua dominatio afflicto huic homini, „ sed potius benignitate eum *complectat:* vt libe„ re *querat* de iniuriis, ne tamdiu frustra *praesto-* „ *let*, ne *lamentet* perpetuo. *Dignet* interpellatio„ nem meam boni consulere. Si caussam iustam „ non haberet, equidem *vererem* pro eo loqui. „ Cum eo fidenter et ego *preco*, et impense *ob-*

„*testo* sanctam iustitiam." Ita horridam, et reprehensione dignam profert enormitatem et Hungarus, si verborum radice aucta rectam formam auitam temerarie deprauet. „Ne *boſzſzonkodjon* uraſágod erre a' nyomorgattatott emberre, hanem „inkább kegyességgel *viseltessen* hozzája: hogy „ſzabadon *panaſzolkodjon* sérelmeiről, olly sokáig „hiába ne *várakozzon*, ne *siránkozzon* mind untalan. *Méltóztasson* közbeſzóllásomat jó neven „venni. Ha igaz ügye nem volna, én ugyan nem „*bátorkodnék* mellette ſzóllanom. Ő vele én is bizodalmasan *esedezek*, és igen *reménykedek* a' „ſzent igazságért." Emendata locutio Latina sic poscit restitui verba vitiose prolata: *indignetur*, *complectatur*, *queratur*, *praestoletur*, *lamentetur*, *dignetur*, *vererer*, *precor*, *obtestor*. Similiter et nostra verba sermonis puritas exigit in sincera integritate: *boſzſzonkodjék*, *viseltessék*, *panaſzolkodjék*, *várakozzék*, *siránkozzék*, *méltóztassék*, *bátorkodnám*, *esedezem*, *reménykedem*. Sed Versegius haec deformata esse clamitat; illa vero altera integerrima, et pulcherrima.

Purus Hungarismus, tanto eius molimine propugnatus, est illi haec nempe, quam nos merito detestamur, *Vitiati Sermonis Hungarici Horrida Enormitas!* Mihi, totique Orbi Saniori, abominabilem Slauismum superbe obiectans, gloriatur etiam (pag. 167.): se passiua quoque verba Hungarica sic inflectere, vt alia verba actiua regularia: et quando formam Slauicam, pro verbis

in *ik* terminatis excogitatam, contemnit, ac respuit, se sub iisdem verbis in *ik* terminatis etiam passiua intelligere. Reiicit ille pronomen *ém* in personis primis; reiicit pronomen *ék* in personis tertiis, quemadmodum in verbis actiuis *ik* affixo terminatis, quando indeterminate construuntur, et in neutris omnibus, ita in verbis etiam passiuis. Ergo *eſzek*, *iſzok*, *aluſzok*, *barátkozok*, tiſztelettel *viseltetek* az Egyházi Személyekhez, et reliquae locutiones huiusmodi sunt ex eius sententia vnice rectae: nostrae, quas nos multis de caussis, omnino grauibus, vnice rectas tenemus, sunt ipsi deprauatae, et contemnendae, *eſzem*, *iſzom*, *aluſzom*, *barátkozom*, tiſztelettel *viseltetem* az Egyházi Személyekhez.

In ipsum cadit sane Antonii Böjthii iustissima reprehensio, expressa in eius Grammatica Hungarica (pag. 165.): si ipsi haec recta non placent, sed illa tantum deprauata; non sincerum, sed *Vulgiuagum Suxit Lac Hungaricum* (*Bitang Magyar Tejet Szopott*); ita profecto, etiam *Szolnokini*, inter *Degeneres Hungaros*, *Vulgiuagum Suxit Lac Hungaricum* (*Bitang Magyar Tejet Szopott*). Porro etiam doceat ipsum Probus hic Vir Transiluanus. „Solent his verbis vti, *ſzomorkodjon*, *gyö-* „*nyörködjön*, pro istis, *ſzomorkodjék*, *gyönyör-* „*ködjék*. Imo verba etiam pure passiua confun- „dunt cum verbis factitiuis, seu mandatiuis, quan- „do sic loquuntur: *ha ez a' könyv olvastatna*, „pro *olvastatnék*; *ha ez a' gyermek jól taníttat-*

„*na*, pro *tanittatnék*. Certe a verbis pure passi- „uis *olvastatom*, *olvastatol*, *olvastatik*, sic est „optatiuus *olvastatnám*, *olvastatnál*, *olvastat-* „*nék*. — Non possum omnia proferre, sed vnum „nequeo silentio praeterire, verba huiusmodi sic „inflecti solere, ex. gr. verbum *iſzom*: *igyak én*, „*igyál te*, *igyon ő*, pro inflexione recta, *igyam* „*én*, *igyál te*, *igyék ö*. — Notandum est, quan- „do verbum neutrum in *m* desinens actiue con- „struitur, *vel reipsa iam actiuum est*; id in per- „sona prima literam *m*, sicut determinate, ita „etiam indeterminate, constanter retinere: ex. gr. „*eſzem*, *eſzed*, *eſzi*, et *eſzem*, *eſzel*, *eſzik*; *iſzom*, „*iſzod*, *iſzſza*, et *iſzom*, *iſzol*, *iſzik*.

Pergat et iste Vir Bonus inculcare capiti per- uicaci praecipuam rationem nostram (pag. 220.), consuetudinem nempe vniuersalem, et perpetuam; cui nos tutissime superstruimus hanc praesertim doctrinam de forma verborum radice aucta. „Per „nos licet, non sequantur nos alii: nos certe suum „ipsis Hungarismum non inuidemus. Inspiciat quis- „cunque libros antiquissimos, Gothicis, et Latinis „literis impressos; vbique inueniet tam literam *m* „in multorum verborum personis primis, quam „etiam syllabam *ik* in personis tertiis; et hanc „quidem vtramque in exemplis oppido multis in- „ueniet. Patet ergo, his omnibus inde ab origine „vsos fuisse *Veros Hungaros Antiquos*. — Ex- „stirpare volunt nonnulli iustis rationibus funda- „tum vsum rectum, recta verba, rectam consue-

„tudinem. Ne ista attrectet *Degener Hungarus* „(*Abajdotz Magyar*): si non vult peccare in Di„uos Maiores Hungaros." Sed peccat in hos Versegius: pertinaci temeritate sua eo etiam prolapsus est, vt ipsis Slauismum affingat, eosque hoc nomine traducat. „Debent vel ipsi aduersarii vltro „fateri: Hungarismum meliorem non dari, quam „Transiluanicum. In tota Transiluania vtuntur iis „omnibus, quae modo adducta sunt, Siculi potis„simum: qui, ab exitu suo ex Asia in Europam, „neque linguam aliam nouerunt vnquam, praeter „suam, neque cum aliqua gente alia permixti „sunt: et iustis de caussis perpetuo his sunt vsi, „hodieque vtuntur. Quantum ego, Transiluaniae, „et Hungariae angulos omnes incolui, nuspiam „sum expertus; vt aliquis ita promte haec verba „a reliquis distingueret, vt Siculus. Hoc vitium „habent multi Hungari in verbis: vt neque de „formis eorum, neque de generibus, possint inter „se conuenire: ac propterea confundunt ea, et „perturbant, eorumque vsu in partes omnes flu„ctuant."

Affingit Versegius *Pugilibus* formae verborum radice aucta, vti eos per risum vocat: neque ipsos scire in verbis innumeris determinare, sintne ea cum *ik* terminatione exprimenda. Istos ille quam audacter quam imperitos dicit! Memorat confusionem hominum de grege suo, et nos quoque iisdem intermiscet. Nos vero probe nouimus rem nostram; scimus, cur venerimus in certamen: nul-

la sunt nobis verba terminatione dubia. Ipsi sunt illa dubia, et sociis; quorum gratia iam et legem quam fauentem vellet institui: an non praestaret huiusmodi verba terminatione dubia, iam cum *ik* affixo, iam sine eo scribere, et proferre; vt nempe ipsae exposcerent circumstantiae!

Praemisit huiusmodi exempla. De verbis, ait ille, sine *ik* sunt in vsu sequentia: *megeſz*, *felijſz*, *megiſz*, *elmúl*, *ſzop*, etc. Audiat ad ista etiam Probi Böjthii Transiluani iustam reprehensionem (pag. 218.). „Committuntur graues errores in lin„gua Hungarica: vt nonnulli sic loquantur, *most* „*eſz*, *most iſz*, *most aluſz*, etc. quod ista sic „putent dici, *eſzek*, *iſzok*, *aluſzok*, etc. Profecto, „si quis interrogaretur, vtrum dicatur, *iſzok*, an „*iſzom*; et ille diceret *iſzok*: scit quisque, quid „iste mereretur." Hoc procul dubio, quod paulò anre ipse dixit Böjthius: *Vulgiuagum Suxit Lac Hungaricum*, *Degener Hungarus* (*).

Porro notat ille de verbis etiam, in nuda radice *z* litera terminatis, bene numerosa sine *ik*

(*) A Viro Transiluano, et per hunc porro ab ipsa Transiluania, quot ictibus pulsatur, vel in sola hac verborum forma, idem ille Versegius: qui se in titulo iactat splendide, *Proludium* scripsisse *in Institutiones Lingnae Hungaricae*, *ad Systema Adelungianum*, *Genium item Linguarum Orientalium*, *ac Dialectum Tibiscanam*, *et Transiluanam exactas*. Dialectum memorat Transiluanam: quam vel hoc errore suo clare ostendit sibi non esse cognitam. Sed vidimus ab ipso Dialectum quoque Tibisca-

posse vsurpari: ex. gr. *ágaz*, *tsiráz*, *ſzomjaz*, *távoz*, *oſztoz*, *vétkez*, *virágoz*, *gyümöltsöz*, etc. deinde *barátkoz*, *hadakoz*, *ellenkez*, *értekez*, *gyülekez*, *nevetkez*, etc. Demum indicat, verba etiam potentialia, quae de verbis in *ik* terminatis formantur, a nonnullis cum eadem terminatione proferri, *ehetik*, *ihatik*, *álhatik*, *barátkozhatik*, *aggódhatik*, *intselkedhetik*, *hízelkedhetik*, etc. ab aliis vero sine ea, *ehet*, *ihat*, *alhat*, *barátkozhat*, *aggódhat*, *intselkedhet*, *hízelkedhet*, etc. Ab his, et ab aliis verbis omnibus, quibus consuetudo vniuersalis perpetua *ik* pronomen iam affixit, idem auellere est semper grauis error contra linguae integritatem. Hoc proinde libero cuiusque arbitrio committi prorsus nequit: vt is huiusmodi verba, cum hoc affixo, vel sine eo possit adhibere. Verba formae simplicis, et minore incremento, *ez*, *az*, *öz* formatiuo aucta, e bonis libris, et familiari commercio cum Genuinis Hungaris, facile condiscuntur. Primo loco adducta sunt omnia cum *ik* pronomine adhibenda: *ágaz-ik*, *tsiráz-ik*, *ſzomjaz-ik*, *távoz-ik*, sic et rellqua. Verba reflexa, quae fiunt *koz*, *kez*, *köz*, deinde *kod*, *ked*, *köd*,

---

nam non sincere arreptam. Notamus in hac Disceptatione nostra, et reliquis, Genium quoque Linguarum Orientalium ipsi prorsus ignotum, etiam Systema Adelungianum non probe perspectum esse. Vnde homini vano tanta venit fiducia: vt fucum facere, et Publico, quasi nil horum intelligat, aperte illudere non vereatur?

etiam *ód*, *ŏd*, formatiuis, cuncta proferuntur cum eodem *ik* pronomine: *barátkoz-ik*, *hadakoz-ik*, *ellenkez-ik*, *értekez-ik*; *intselked-ik*, *hízelked-ik*; *aggód-ik*, *veſzŏd-ik*, sic et reliqua. Etiam potentialia, si fiant de verbis radice per *ik* pronomen aucta, idem fidelissime retinent, formatiuo poteniali postpositum; *e-ſz-ik*, *i-ſz-ik*, *al-uſz-ik*, *barát-koz-ik*, *intselked-ik*, *aggód-ik*, et reliqua omnia sunt talia; ergo et potentialia sic habentur, *e-het-ik*, *i-hat-ik*, *al-hat-ik*, *barátkoz-hat-ik*, *intsel-ked-het-ik*, *aggódhatik*, sic porro et alia.

Quo est Versegius prolapsus specioso illo praetexu: se velle linguam nostram puram reddere! Eo non contentus, quod de trtbus temporibus terminationem in *ék* violenter deleat; quae proprie est ipsum pronomen *ik*, tantum euphoniae legibus mutatum; aggreditur etiam in praesenti tempore dominans idem *ik* pronomen; idque et hic per indulgentiam, qua libero cuiusque arbitrio committit eius vsum, vel neglectum, nutante locat statu, et tanto maiorem infert linguae fluctuanti perturbationem.

Opus nefastum, in quo potissimum recta haec forma verborum auita, vniuersalis, perpetua, tot corruptionibus foedatur, qua temeritate fert fronte praefricta splendidum *Puri Hungarismi* titulum? Orbis quidem Eruditus, commotus *Vitiosi Sermonis Enormitate*, quae hic pro *Sincerà Puritate* pertinaciter obtruditur tanta vi somniorum, detorsionum, et calumniarum, iure illi inurendum cura-

bit titulum aptissimum, stigmate solemni, *Hungarismum Impurissimum.*

CONCLVSIO.

Iam satis pugnatum est. Vindicaui, vt mihi proposui, a perniciosa impugnatione verborum radice aucta rectam formam auitam, Puri Hungarismi partem notabilem. Vix enim potest vlla sententia plenior sine verbo proferri. In verbis autem nostris innumera sunt verba radice aucta: quorum recursu frequentissimo, si ea perperam inflectantur, vitiosus, enormis, et horrificus est sermo noster; contra vero rectus, purus, et gratus, si exacta sit eorundem inflexio. Quiqui linguae nostrae integritatem ex animo cupiunt conseruatam esse: aestimant certe, quo eorum affectu me solor, omnem hunc laborem meum; quem, etsi molestum ob ingrata iurgia, lubens tamen, et vltro suscepi, et boni ciuis nomine, et officii ratione.

Et ciuis quidem boni partes quae debeant esse in ipso etiam percolendae linguae studio: satis attigi, vt vel ex dimidiatis totae intelligantur; cum nonnullos in disceptatione priore aliquanto acrius incusarem de superba errorem tuendi pertinacia (pag. 952.). Versegius, cum ista de se dicta ferret iniquius, peccati me insimulans, quod grammaticorum mores exprobrarem, reprehensionem suam insolita conclusit sententia: quemque scire, moralitatem cum philologia nullum habere commercium. Ab illo, qui hoc dicere potuit, quid ex-

spectetur aliud in philologia, nisi quod iam cumulate praestat? Despecta re communi, et indigne repressa, linguae scilicet vera puritate, et sincera integritate, affectus indomitus, et nimia de se opinio, quod semel haesit animo non bene praeparato, et imperite prolatum est, id porro etiam perdite sustinet, ac propugnat, ipsa ratione sibi reclamante, figmentis, prauis detorsionibus, mendaciis, illusionibus, et calumniis. Equidem ita sentio, nec philologum esse posse, nisi ciuem bonum, communis boni studio intentum. Commune bonum est philologo, gentis thesaurus pretiosissimus, lingua patria, in sua integritate conseruanda, ad emolumentum, et decus commune. In quo ille, nec sibi indulgeat, nec aliis parcat; sed, quod linguae dignitas exposcit, hoc vnice agat. Bonum hunc ciuem fidelissime imitor. Quando me naturae propensio huc rapuit, vt inter alia hoc ego bonum commune potissimum aestimarem: nil mihi indulgeo, nullum fugio laborem, huius boni naturam subsidiis omnibus peruestigo, ipse errores meos priores ingenue fateor, et aperte reiicio, recta, et explorata sine fictione sincere doceo; verum nec aliis parco, si qui hoc bonum commune non probe norunt, idque inscitia sua, praesertim malitiosa, et pertinace, conturbant, deprauant, et peruertunt. Et meas istas ciuis boni partes solito grauiores facit officium publicum, tanto mihi religiosius explendum: quanto illustriore loco, et quanto maiore exspectatione de me concitata

id mihi solemniter impositum est Summa Auctoritate Regia.

Iam videat Versegius, quam temerarie, et quam deprauate quaerat: quis mihi commiserit, vt linguam effingam nouam. Munere publico est hoc mihi commissum; vt linguam antiquam illustri hoc loco tuear, qualem a Diuis Maioribus accepimus, puram, et integram. Quid mihi vitium affingit suum: qui linguam ipse effingit nouam, impuram, enormem? Patent et mei conatus, et ipsius molimina: vt planum sit, quid de vtroque nostrum iure possit memorari.

Hoc mihi loco, directe, ac libere loquendum, et scribendum est. Indicandi sunt errores omnes, nominandi errorum magistri, et cumprimis peruicaciores linguae corruptores: vt sciant, quos caueant, et Auditores, et Lectores mei. Et quia plerique eo iam processerunt turbulento affectu suo; vt me, meliora monentem, iam dudum, opere nondum edito; ac postea continuo, apertis, et occultis machinationibus infestarent: sunt illi de hoc quoque peruerso facto suo palam redarguendi. Ne queratur Versegius de sono acerbo. Hic sonus tantum eccho est, eaque debilior, qualis in natura auditur. Validior fuit malitiosus sonus prouocans in omni hoc molimiue. Intonuit iste conspirantium varia intensione, non solum in arcanis consiliis, literisque priuatim sparsis; verum etiam in recensionibus imperitis, vili mercede ad calumniandnm corruptis. Increpuit factis fauorum promissis

vilissimis, si contra conscientiam recedam ab agnita veritate, laudem eorum vitia, probem confusa somnia: infremuit, si haec recusem, iactatis minis odii perpetui, grauiumque insectationum, et bellorum, quae iam incoepta sunt, horridorum. Caussae optimae fiducia, et virtutis constantia, satis me erigit, et confirmat; vt contra audentior ire, hosque impetus retundere possim. Versegius, horum Dux, et facto in corrumpenda lingua motu insigni Princeps, tueatur ipsos; ac fato suo infelici etiam in grammaticis abutatur et mente, et calamo: hominem vanum celeri pede merita consequetur ignominia. Ego vero, in hac temporum iniquitate, abunde me solor recti studii conscientia: et, si mihi praesens aetas non vsquequaque fauet, cineres saltem meos venerabitur grata posteritas. Serum est hoc proemium, sed certissimum, et non obnoxium inuidiae.

ADDITAMENTVM

EX

IOANNE CHRISTOPHORO ADELVNGO.

Vt complerem postremam hanc philyram, cuius pagellae aliquot vacuae debuissent manere, Conspectu Operis, et Indice Rerum contractiore; addendam putaui Ioannis Christophori Adelungi insignem sententiam, apto et hic loco, eorum gratia quam maxime: qui, post tot licet claras propositi mei explanationes, in eo tamen adhaerent pertinaciter; quod in hac Elaboratiore Grammatica Hungarica, sine exemplo, adeo sim diligens, imo stuperstiosus plane, et fortasse, vt illi dictitant, non vtilis, in partibus vocum nostrarum minute resoluendis. Doceat hos et ipse Adelungus, nuper fato functus, aetate iam meritissima, in Lingua Germanica, quotquot hactenus erant, Philologus omnium Maximus. Excellens est eius Praefatio, opportune praemissa Tentamini de Linguae Ortu, et Vocum Structura (*). Huius ego verba pleraque, ad rem nostram accommodata, Latine reddo.

(*) Uiber den Ursprung der Sprache, und den Bau der Wörter, besonders der Deutschen. Ein Versuch von Johann Christoph Adelung. Leipzig, 1781.

Non erat quidem hactenus in more: vt magistri in grammaticis quidpiam de ortu dixissent earundem linguarum, quarum structuram explicabant. Sed, tam sunt momentosae, tam clarae vtilitates illae, quae in grammaticae partes omnes redundant; si sciamus, quomodo linguae Inuentores, et Effictores Primi, in hoc opere progressi fuerint, et cur sic tantum progredi potuerint, et non aliter: vt huius Capitis Interiectio nulla egeat defensione.

Linguae ortus erat hucusque problema tantum: in quo resoluendo iam plures elaborarunt, verum id nemo adhuc resoluit: etsi admodum momentosa sit huius quaestionis decisio, tam ipsi Philosopho, quam Grammatico. Momentosa est Philosopho: cui sub adspectum ponit, ad ipsam euidentiam, clarae cognitionis nostrae omnem ortum, et historiam; cur anima nostra, in suis claris, et distinctis notionibus, directe hunc tantum cursum, et non alium, sequi possit. Nam lingua, et clara cognitio, eodem tempore sunt ortae: et altera alteram, pari passu progressa, mutuo euoluit, et effinxit. Ideo est vtraque et nunc tam insolubili nexu inuicem coniuncta. Momentosa est Grammatico: cui, sine hac doctrina, in linguae structura quaeque species obiecta inexplicabilis manet; qui, sine hac, in euoluendis vocum originibus remotioribus, nullum certum gressum facere potest. Quia vnice haec monstrat fixum illud punctum: cui quaeque notionum scala accommodari debet.

Cur huius generis inuestigationes omnes hucusque institutae, a scopo suo aberrarint, caussa vera in eo cubat: quod ii Philosophi, qui hunc laborem susceperunt, non satis erant Grammatici; item et illi Grammatici, qui hoc argumentum ausi sunt, non satis erant Philosophi; seu potius nondum ita nouerunt cursum rudis, et incultae animae, quali erat homo naturalis, totus adhuc sensilis; vt ipsorum inuestigationes felicem potuissent successum habere. Vulgo enim prius defixa est ea ratio, secundum quam aliquis linguam ortam esse voluit: deinde conabatur ille propositionem suam, vel ex ipsa lingua, vel aliis argumentis, ita accommode, vt res admittere visa est, demonstrare.

Praesens hoc Tentamen isto saltem vitio caret. Hic est fructus inuestigationum mearum, quas per multos annos institui in linguis pluribus, cumprimis in Germanica: hic est fructus diuturnae resolutionis omnium fere vocum, quae in ea reperiuntur, in sua elementa prima. Magnopere cupio, vt ii omnes, quorum hoc munus est, et qui rem probe intelligunt, seuere hoc opus expendant. Si sustinuerit Eruditorum lapidem Lydium; ponetur hoc ipso etymologiae fundamentum, iam certae imposterum scientiae: quae secus, linguae ortu nondum detecto, et per hoc humanarum notionum cursu non determinato, inter res omnes sub luna est quam maxime ad arbitrium vaga. —

Hoc tantum addo: id ipsum, quod de linguae Germanicae structura dixi, mutationibus ne-

cessariis, posse ad alias etiam linguas omnes applicari.

Sic locutus est Magnus Adelungus. Ego vero, antequam Adelungum legissem, illa tantum facula, quam mihi accendit orientalium linguarum studium, et facta cum his, nostrae, et septentrionalium comparatio, sponte mea perueni ad hanc rationem, naturae ductum secutus: sumque postea in proposito meo tanto magis confirmatus Viri tam Rari sententia, adeo cum meis principiis conspirante. Feci periculum. Viri Intelligentes vel ex iis tantum, quae hucusque edidi, de nominum, pronominum, et verborum inflexione, vltro vident etymologiam in his certe partibus esse iam clarissimam, esse consolidatam. Quae sequuntur, vocum deriuatio, et compositio, priorumque complementum syntaxis, de iis etiam prorsus eadem confidunt. Imo gloriantur, plena demum luce data, inter linguas Europaeas, licet cultissimas, vnice nostram ita felicem futuram, indole sua, et tot linguarum, cumprimis orientalium subsidiis: vt grammaticam habere possit perfectissimam; modo Eruditorum superba dissensio bonae rationi cedat, et miti consilio sedetur!

CONSPECTVS OPERIS, ET INDEX RERVM, QVAE CONTINENTVR VOLVMINE SECVNDO

GRAMMATICAE HVNGARICAE PARS QVARTA ETYMOLOGIA.

ETYMOLOGIAE PARS PRIMA DE VOCVM INFLEXIONE.

SECTIO III. DE INFLEXIONE VERBORVM.

ADIECTAE VINDICIAE IVSTISSIMAE DE SECVNDA VERBORVM FORMA INDETERMINATA.